AL. ANTONII

SOMPANI SIDICINI ET PRESB. SERGII SARMENTI SALANI,

Totius ferè Grammaticæ Epitomæ,

Ex optimis quibusq; Latinę linguę Authoribus decerptę noua quądam, ac mirabili docendi ratione in lucem prodeunt Cęſaris Benenati induſtria multò, quàm ante correctiores, & locupletiores.

Præter S I D I C I N I *vitam, ac Dialogum de Periodis earumq; partibus addidimus huic nouæ Editioni de Equis, eorumq; partibus, atque nominibus, vnà cum latini ſermonis formulis, ac dicendi modis inter ſe ſignificatione cognatis opuſculum,* C A E S A R E *Benenato Authore.*



V E N E T I I S,

Apud Dominicum Farreum. M D L X X X V I I.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

CAESAR BENENATVS CANDIDIS ADOLESCENTIBVS. S. P. D.

ETSI nulla ex re, quam humana admiratur natura, Candidi Adoleſcentes, nullum fœcundiorem fructum, dulciora commoda nulla percipi poſſe uidemus, quàm ex bonarum literarum ſtudio, in eo ipſo conterendas uobis noctes, atque dies pro ſummo meo in uos amore literarumq. neceſſitudine uehementer adhortor, quàm amęna quàm ſuauis, ac iucunda hæc ſit exhortatio, re quidem ipſa percipietis, ſi ueſtram teneram ætatem literis, non autem fœdo otio conſumpſiſſe cogitatis. Ex hoc enim uno optima bene diſpoſiti temporis uobis conſtabit ratio, ex hoc uno uobis dulciſſimũ, in quo ingraueſcens ætas ueſtra conquieſcat ocium occurret. Cõtra, quam moleſtia ſit temporis amiſſi recordatio, cum nullis recuperari opibus, nulla, uel quauis etiam fœlici fortuna reſarciri, nedum acquiri queat. Proinde ante oculos ponite aliquãdo temporis iacturam, pecuniarum ſumptus & quod quidem omnium eſt turpiſſimum, indecoram ueſtrorum Parentum, ac Amicorum, apud quos ſumma ueſtri erat expectatio, futuram exprobationem. Quamobrem hilari nunc animo, dum teneri etiam ſunt anni, & ad quęuis percipienda magis accommodari, bona tandem capeſſite ſtudia, optimos quouſque non modo authores, uerumetiam in primis Grammaticos, qui ueſtra ingenia & ornare, & illuſtrare poſſint, uo-

bis & legendos,& memoriȩ mandandos proponite.Inter quos ſunt Sidicino,tũ Sergio,uel meo,uel doctiſſimorum etiam uirorum iudicio,primo,deferuntur.Quorum quidem Grammaticæ inſtitutiones,quæ olim Sergio tantum inſcriptȩ paſſim legebantur,in ueſtram gratiam in lucem prodeunt,multò quàm ante,locupletiores. Quid doctius,aut ingenioſius,uel pueris in politioribus literis breui proficere uolentibus magis neceſſarium, aut utilius in tanta præſertim Grammaticorum colluuie fieri excogitatiue poſſit,expertis iam tum cogitãdum,tum prȩdicandum relinquo.Reliquum eſt igitur,ut nõ modo Sergium,qui inter mortales eſſe deſit, uerumetiam Sidicinum prȩceptorem meum, qui ad ueſtram utilitatem Epigrammata ex optimis quibusque tã antiquis quàm recentioribus Poetis ſelecta,acutiſſimos in omnia Virgilij opera commentarios, utiliſſimum Vocabularium, in Horatium obſeruationes, ac latinæ linguȩ formulas de coniunctione uerborum opus uerè aureum in lucem iam edendas curaturas erat,in tam citò,ac prȩter omnium ſpem ſuum diem obijſſet, amore complectamur,beneuolentiæque ſuum aliquid illis etiam mortuis oſtendamus, poſtquàm ſuis uigilijs tam nobis,quàm poſteris noſtris prodeſſe conati ſunt. Vos autem,tum ad illorum imitationem,tum ad ueſtram utilitatem de periodis,earumq́. partibus Dialogum à me nuper compoſitum in calce huius abſolutiſſimi de re grammatica operis,ne quid in eo deſiderari poſſit,excuſum inuenietis. Valete. Neapol. Calend. April. M. D. LXIIII.

IN ALOYSII
ANTONII SOMPANI
SIDICINI VITAM,
A CÆSARE BENENATO,
Ad Thomam Mollium conſcriptam, Præfatio.

VITAM Aloſij Antonij Sompani Sidicini, patrui, ac Pręceptoris mei conſcribere uolenti multa mihi occurrunt, quę me ab inſtituto munere impedire uidentur, partim quòd memoria illius quoties uenit mihi in mentem(uenit enim mihi ſępiſſimè)toties lacrymas ef fundo,non ſine meo maximo dolore, & animi perturbatione. Partim quòd maximam literarum iacturam factam eſſe video, cum hunc uirum de Republica literaria optimè meritum nos amiſiſſe cogitarem.Non ab re igitur uelim, ut Dei Optimi Maximi beneficio mihi contigiſſet, ut ille potius mihi, quàm ipſe ſibi, uitam conſcriberem. Quod ſi mihi contigiſſet,me omnium beatiſſimum nedum beatum iudicarem,neque id tibi, erudite Molli,mirum uideri debeat,cum ille patris in me, & ego ſi hij uiciſſim in illum induiſſem effectum. Recreor tamen interdum,& animum ſumo ad hanc Sidicini Vitam deſignandam,conſiderans quatenus illi diu uiuere denegatum ſit, reliquit tamen aliquid,quo ſe uixiſſe perpetuo teſtetur. ALOYSIVS Antonius Sõpanus Sidicinus natus eſt, Theani cognomine(ut inquit Plinius)Sidicini ex honeſtis parentibus,ubi iam a teneris annis ſub Ioanne Vexeo uiro,ut ea ferebat ætas, ſanè erudito, operam dedit humanis literis,in quibus tantum profecit, ut ęquales ſuos lõgè ſuperauit,& ciuibus ſuis admirationi eſſe cęperit.. Verum ibi diu eſſe non potuit,uel propter paupertatem,quæ

præmebatur, uel propter peſtilentia ſæuitiam, quæ terrebatur, aut Patris ſuo conſilio, aut ſic urgente fato Theano ſecedens per totam ferè Italiam prius uagatus eſt, quàm Neapolim ſe recepiſſet annos natus. IIII. & XX. Vbi a præsbytero Tydeo cognomento Picconeo, qui ludum literarium diu Neapoli ſumma cum laude exercuerat, proficiſci uolente, diſcipulis, quos erudiendos ſuſceperat, ludi inſtitutus eſt magiſter. Cuius munera ita diligentiſſime præfuit, ut breui maximum nomen, ac famam ſibi collegerit. Namque ex eius ludo tanquam ex equo Troiano quam plures eruditi iuuenes prodijſſe non ſolum humanis literis perornati, ſed in primis oratorijs, & poeticis numeris imbuti proſiluiſſe uiſi ſunt. Qui mirum? cum nunquam manum ne feſto quidem die ad Apellis exemplum de tabula inſtruendorum diſcipulorum, quorum maximum domi gregem ſemper habebat, tollere neſciret. Vir certè magni fuit ingenij, doctrinæ, & induſtriæ, & non ſolum omnibus liberalibus diſciplinis, quas ipſe optimè callebat, floruit, ſed etiam mechanicis (ut aiunt) artibus delectabatur, non ſine Antiquorum ſuorum admiratione. Manu dexter ad omnia ad quæ afferebat animum. Elegantis facundiæ, & beatę copię, atq; in ſcriptis ſuis non minus ſententiarum grauitatem, quam latinitatis ornatum oſtendi. Frequenter M. Tullij uerbis ueluti de induſtria utebantur, utpotè quæ profeſſioni, & dignitati ſuæ plurimum conuenire exiſtimabat. Vixit, dum uixit, bene eruditiſſimo quoque. Quærenti mihi, quem ex recentioribus doctiſſimum iudicaret, Pontanum reſpondit, & Sannazarium noſtrum. Multum etiam tribuebat Petro Grauinæ, & Franciſco Branchaleoni Incognitorum Muſęo, quem primæ claſſis facilè principem ingeniorum, & literarum anteſignanum eſſe cenſebat, Marcum Campanilem, Pomponium Calderinum, Bernardinum Idranum, Franciſcum Benenatum fratrem meum, & me, utpotè cui libros ſuos legauit, unicè dilexit. Vitę genus adamauit quietum cunctis ſolutum curis, & litibus, ſtudioſorum in primis familiaritate gaudebat Legebat aſſidue hyeme uſq; ad ſextam, & aliquando uſq; ad ſeptimâ noctis horam, ma-

ne

ne uerò ante lucem ſurgebat, adnotabat, & excerpebat ad Plinij imitationem, nec unquam legit, quod non ex cerperet. Librorum fuit maximus heluo, & tum maxime cùm nouitas excitat palatum, nec aliquid unquam nouorum librorum Neapolim aſportatum eſt, uel Baſilea, uel Lutetia, aut Lugduno, aut Venetijs, quin ſtatim mercatus eſſet. Scripſit de re grammatica Epitomas, quæ primum Presbytero Sergio Sarmentio Salano, uiro non minus probo, quam literato tantum inſcriptæ fuerant, tunc uero, & ipſi, & Sergio, qui ex capitis uulnere ſibi a quibuſdam Salanis ob litem, quam eis intulerat, impacto annos natu X L V. X I I I I. Cal. Sept. anno uerò M D X L V I I I. obijt, inſcriptæ paſſim leguntur. Scripſit de Elegantijs iam in lucem editis librum unum. Scripſit colloquia ad rem grammaticam ſpectantia adoleſcentibus manſuetioribus Muſis proficere uolentibus per quam utilia. Scripſit acutiſſimos in Virgilium Commentarios, utiliſſimum Vocabularium, in Horatium Obſeruationes, in Sannazarium de Partu Virginis ſcholia, ac latinæ linguæ formulas. Erat ẽt foras daturus tam Dialecticẽ, quàm Rhetoricen, niſi tam citiſſimè interijſſet. Collegit Epigrammata ex Poetis tam antiquis, quàm recentioribus optima quæque, quæ quidem cum ipſo interijſſe creduntur. Exarauit Epiſtolas permultas potius ad alendum ingenium, quã negotij cauſa ad amicos. Fecit verſus & ſuaues, & argutos, & eo tamen mõ, ut qlibet non liuidus lector ingenij ipſius præſtantiam agnoſcere poſſit. Ob cuius doctrinam, & animi dotes cuncti ferè literati viri Neapoli commorantes, q Ardentes nuncupabantur, in Academiã eum aſciſci, & primas deferri patiebantur. Tantumq; abfuit, ut horum creſcenti laudi abeſſe conatus ſit, ut illorum etiam ſtudia uir minimè ambitioſus anteponeret ſuis. Tametſi fuerit cibi, & ſomni pauciſſimus, & uini minimè auidus, & a rebus uenereis prorſus abhorrente. Omphacio tamen tum ad appetitum contrahendum, tum ad phlegma (ut ipſe aiebat) expellendum frequẽter in cunctis ferè cibis utebar. Pane potius nautico quàm primario libentiſſimè ueſcebatur. Notatur ta-

men à nonnullis auaritia, quòd maluerit haſce Epitomas rei grammaticæ ex M. Tullio potiſſimum decerptas Sergio, à quo fortè pecunia oppugnatus fuerat, tanto cum labore, & ſudore congeſtas, inſcribere, quàm ſibi. Excuſatur tamen, quòd laudis, & inprimis ſuæ cupidus mini me extiterit. Cumque ad alterum, & L. annum ætatis ſuæ perueniſſet, per quinq; fermè annos podagrico affectus dolore, qui non ex crapula (cum tantum cibi & potionis adhibendum eſſe,, ut reficerentur uires non opprimerentur ſemper cenſuerit) ſed ex literario potius otio, quàm venere ei prouenit. Inde ob Podagram effectus eſt Hidropicus, qui cum thoracis & pulmonis inter medio ſpatio pus & phlegma collectum habuerit, magnamq; ſpirandi urgeretur difficultate, aç aqua cum pure permiſta ex tibijs fluere ceperit anno LXI. ętatis ſuę pridie Cal. Martij, anno à ſalute Mortalibus reſtituta D. ac VII. & L. ſupra M. obijt. Qui quidem licet annos permultos uitam ſine uxoris moleſtia traduxerit. Amicorum tamen precibus quaſi uictus. Vxorem ſenio penè confectam, & indotatam ſibi tandem coniunxit, ex qua nullis ſuſceptis liberiss, in tabulis quas penè inuitus condidit, patruelem quẽdam ſuum abſentem hæredem inſtituit. Cu ius quidẽ corpus Amicorum carminibus celebratum, funere prius de more honeſtè procurato in Diui Chriſtophori Sacello pijs cum lachrymis tumulatum, marmoreo in lapide repoſitum, cum inſcriptione, quam uiuens ſibi fecerat.

DE

DE GRAMMATICA EIVSQVE PARTIBVS.

QVID eſt Grammatica? eſt ars rectè loquendi, rectèque ſcribendi. Grammatica unde dicitur? à Gremma Græcè, quod literam ſignificat. Quid eſt finis Grammaticæ? eſt emendate loqui.

Quot ſunt partes grammaticę? quatuor. Litera, ſyllaba, dictio, & oratio. Quot ſunt partes orationis? Octo. Nomē, Verbum, Participium, Pronomen, Prępoſitio, Aduerbium, Interiectio, & Coniunctio.

Quid eſt nomen? eſt pars orationis declinabilis, quæ ſignificat ſubſtantiam, & qualitatem propriam, uel communem, cum caſu.

Nomen eſt duplex, proprium, & appellatiuum. Proprium, quod conuenit uni ſoli, ut Virgilius, Neapolis, come ſono nomi d'huomini, e città. Appellatiuum, quod eſt multis, Commune, ut Magiſter, Poeta.

Quid eſt nomen ſubſtantiuū? quod ſubſtantiam ſignificat, cioè, come ſi chiama la coſa, e doue non s'aggiunge huomo, femina, e coſa;, o uero hauerà uno articolo, o due. ut hæc lectio, hic, & hęc homo.

Quid eſt nomen adiectiuum? quod ſignificat qualitatem, cioè, quello che dice com'è la coſa: alquale s'aggiunge huomo, femina, e coſa: ouero hauerà tre articoli hic, hæc, hoc; ut hic, & hęc omnis, & hoc omne. Hic, hęc, hoc fęlix, ferox, audax. Ouero tre uoci, ut Bonus, bona, bonum; la prima maſcolina, la ſecunda feminina, la terza neutra.

Nomini quod accidunt? quinque. Species, Genus. Numerus, Figura, & Caſus.

Species ſunt duę. Primitiua, ut mons, quia à nullo deriuatur, Deriuatiua, ut Montanus, quia deriuatur a mōte, cioè primi, com'è Roma, Fiorenza, ò deriuati da primi, com'è Romano, Fiorentino.

Gene-

Genera nominum ſunt ſeptem. Maſculinũ, ut hic poeta. Fœmininum, ut hæc muſa. Neutrũ, ut hoc ſcamnũ. Commune, ut hic, & hæc, & hoc Oẽ, ut hic, hæc, hoc fælix. Promiſcuum; ſiue Epicœnũ, ut hic paſſer, & hæc aquila. Dubiũ, uel incertum, ut hic, uel hęc dies.

Aquila, cuius generis? Promiſcui, quia ſub una uoce, & uno articulo denotat animalia utriuſque ſexus.

Dies, cuius generis? dubij, uel incerti, quia legitur diuerſo genere apud authores.

Articuli nominum ſunt tres. Hic, ſignum eſt generis maſculini. Hæc, fæminini, Hoc, neutri. Hic, hæc, cõmunis. Hic, hæc, hoc, omnis. Hic, uel hęc, incerti.

Numeri ſunt duo: Singularis, ut homo, che ſignifica uno, pluralis, ut homines, che ſono piu.

Figurę ſunt duę. Simplex, ut animus, q̃a ſimpliciter profert. Cõpoſitiua, ut magnanimus, quia cõponit̃ ex magnus, & animus. Cioè ſimplici nomi ſono quelli d'una parola ſola, com'è Giuſto, Dotto. Compoſti ſono fatti di piu parole, com'è Ingiuſto, indotto.

Caſus, sũt ſex. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus. Alcuni aggiungono il ſettimo caſo, quando l'ablatiuo non haue prepoſitione.

Rectus ẽ unus, ſ. Nominatiu⁹. Obliq; ſunt quinq;. Genitiuus, Datiu⁹, Accuſatiuus, Vocatiu⁹, & Ablatiuus. Declinatiões ſunt quinque. Prima habet genitiuum ſingularẽ in ę diphthõgo, ut Muſa, muſę: Secunda in i, ut dominus, dñi. Tertia in is, ut Pater, patris. Quarta in us, & u, ut uiſus & cornu. Quinta in ei, in genitiuo & datiuo ut Dies, diei.

Sunt & aliæ partes grammaticæ. Orthographia, quę docet „ rectè ſcribere, Latinè recta ſcriptura dicitur. Proſodia, „ quæ docet accentus & ſonos uocũ. Etymologia, quæ diſcrimina caſuũ, atque ſenſus in dictionibus trahit, ut Fortis, fortiter. Lego, legis. Quãquã enim eadẽ ſignificet bonus, & boni, tamen alia eſt in alio caſu proprietas, Latine „ ueriloquium dicitur. Syntaxis, quæ conſtructionẽ uocum docet orationemq́. cõtexit: latinè conſtructio, de qua ſerius aliquid dicemus. Alij uerò duas partes quaſi tertius grammaticæ principes aiunt eſſe. Methodicen, quæ præ-

cepta,

.cepta,rationesq́; loquendi breui quadam uia demonſtrat, & Hiſtoricen, quæ Auctores exponit, & unumquodq; & .uerbum enucleat.

PRIMA NOMINIS DECLINATIO.

Ntõ A,	Gtõ Ae,	Dtõ Ae,	Actõ Am.
Plur. Ntõ Ae,	Gtõ arum,	Dtõ is,	Actõ as.

S. Ntõ hic	Poeta,	il poeta.	Plu. Ntõ hi poetæ, li poeti.
Gtõ	Poetæ,	del	Gtõ poetarum de li
Dtõ	Poetæ,	al	Dtõ poetis a li
Actõ	Poetam,	il	Vctõ poetas, li
Vctõ ò	Poeta,	dal	Vctõ ò poetæ, ò uoi
Abltõ a	Poeta,	dal	Abltõ à poetis, da li poeti.

S. Ntõ, hæc	muſa,	la ſcientia.	P. Ntõ hęc muſæ, le ſcientie
Gtõ	muſæ,	de la	Gtõ muſarum, de le
Dtõ	muſę,	a la	Dtõ muſis a le
Actõ	muſam,	la	Actõ muſas, le
Vctõ ò	muſa,	ò tu	Vctõ ò muſę, ò uoi
Abltõ à	muſa,	dalla	Abltõ à muſis, dalle

S. Ntõ hic, hęc	Aduena. l'huomo, & femina ſtrana,		P. Ntõ hi, hę Aduenę, gli huomini, e femine ſtrane.
Gtõ	aduenę,	del	Gtõ aduenarum, de gli
Dtõ	aduenę,	al	Dtõ aduenis, a gli
Actõ	aduenam,	lo	Actõ aduenas, gli
Vctõ ò	aduena	ò tu	Vctõ ò aduenę, ò uoi
Abltõ	ab aduena,	dal	Abltõ ab aduenis, da gli

Hęc declinatio habet quinque terminationes in nominatiuo ſingulari A As. Es. Am ut hic Poeta, Aeneas, hęc Calliopes, es. Anchiſes, ę. Adam, ę: uel Adamus Adami. Al cui eſſempio declinarete tutti i nomi feminini finiti in à: ut hęc diſciplina, æ, la ſcientia. Hæc ſcriba, ę, il ſcriuano. hęc pagina, ę, la carta. Hęc Regina, ę, la regina. hęc Terra, rę, la terra. hęc herba, ę, l'herba. hic Pirata, ę, il corſaro. Si & hęc propria nomina hic Agrippa, ę. Sylla, ę. Catilina, ę, Scęuola, ę. Li Datiui & Ablatiui di queſti à differẽtia del maſco-

„ maſculino fanno in abus.ut Mula, mulabus. Dea,deabus.
„ Equa,equabus.Famula,famulabus. Serua, ſeruabus. Nata,
„ natabimus.Anima,animabus,& animis.Ambabus duabus.

Nominatiuo hic	Aeneas	Enea.
Genitiuo	Aeneæ	di Enea.Pluralis numerus.
Datiuo	Aeneę,	ad Enea ut muſæ, arum,
Accuſatiuo	Aeneam,	Enea.
Vocatiuo ò	Aenea,	ò tu Enea.
Ablatiuo ab	Aenea,	da Enea.

Coſi Amyntas,æ.Andreas,ę.Dametas, æ.Iudas,æ. Thomas,
„ æ.Lucas,cæ.Hieremias,æ,quali ſono nomi di huomini coſi detti.Il uocatiuo fa in A,ſolo.

Nominatiuo hæc	Calliope,	Calliope.
Genitiuo	Calliopes,	
Datiuo	Calliopæ	Pluralis ut
Accuſatiuo	Calliopen	Muſæ,arum.
Vocatiuo ò	Calliopen	
Ablatiuo à	Calliope.	

Coſi ſi declina. Hæc Circe, es. Andromache, es. Penelope, es:Helene,es.Epitome,es,abbreuiatione.Rhetorice,es.Grã matice,es:i quali anchora ſi leggono in a, ut Rhetorica, Grammatica.

Nominatiuo hic	Anchiſes,	Anchiſe
Genitiuo	Anchiſæ	Pluralis ut
Datiuo	Anchiſæ	Muſę,arum,
Accuſatiuo	Anchiſen,	& ab
Vocatiuo ò Anchiſe,& a.		Ablatiuo ab Anchiſe, & a.

Coſi Laertes,æ.Achates,æ.hic Cometes,æ.la cometa. hic
„ Priamides,æ.hic Aermades, ę. nomi Patronimici,figliuo-
„ lo,ò nipote d'Enea,& altri ſimili.

Nominatiuo	Adam	Adamo
Genitiuo	adę	coſi Abraham, æ,dicimus ẽt
Datiuo	adam	Adamus, ami.Abrahamus. ami.
Accuſatiuo	adam	Caim,& Caimus,mi.
Vocatiuo ò	adam	
Ablatiuo	adam	

Nota

Nota che il Vocatiuo,& ablatiuo ſono ſimili al ntõ. ut POE-
TA,o poeta, a poeta L'ablatiuo del plurale ſimile al dtõ.
„ ut poetis,à poetis. Qñ il ntõ ſingulare finiſce in as, & es,
„ ꝑde lo s,al uocatiuo:vt Aeneas,ò Aenea.Anchiſes.ò An-
chiſe.Tutte le E,della prima ſi dittõgano,ut Muſæ,muſæ,
„ &c. Anticamẽte ſi dicea aulai,pictai,aquai, ꝑ aulę,pictæ,
aquę. Pater familias, ꝑ familiæ.Coſi auras,ꝑ auræ apud
„ Virgilium.Habet quinque genera.Maſculinum,vt hic Poe
ta.Fœmininum,ut hæc Muſa. Neutrũ, ut hoc Paſcha,æ,la
Paſqua. Hoc polenta, ę, cibo antico.Commune:ut hic &
„ hæc Cælicola,æ,habitatore, & habitatrice del cielo. Pro-
„ miſcuum,et hæc Aquila, che è nome d'vcello.

SECVNDA NOMINIS DECLINATIO.

Nominatiuo us,Genitiuo i,	Datiuo o, Actõ um, Vocatiuo
e.Plur.i,Genitiuo orum	Datiuo is, Accuſatiuo, os.
Ntõ hic Dominus,il Signore.	Plur.hi Domini, li Signori.
Genitiuo domini,del	Genitiuo dominorum , de li
Datiuo domino,al	Datiuo dominis , a li
Accuſatiuo o dominum,il	Accuſatiuo dominos,li
Vocatiuo ò domine,ò tu	Vocatiuo ò domini,o voi
Ablatiuo a domino, dal	Ablatiuo à dominis, da li

Coſi hic diſcipulus,il ſcolaro.Hic ludus,di,il giuoco.Oculus,
li,l'occhio.Hæc pyrus,il pero.Hæc populus,i, piopa. Hæc
pomus,mi,il pomo.

Ntõ hic magiſter,il maeſtro.	Plur.hi magiſtri, li maeſtri.
Genitiuo magiſtri,del	Genitiuo magiſtrorum, de li
Datiuo magiſtro,al	Datiuo magiſtris,a li
Accuſaciuo magiſtrum,il	Accuſatiuo magiſtros,li
Vocatiuo,ò magiſter,ò tu	Vocatiuo,ò magiſtri, ò uoi
Ablatiuo a magiſtro,dal	Ablatiuo a magiſtris,da li

Coſi hic miniſter , ſtri, il miniſtro, hic Auſter, ſtri, ſcirocco.
„ hic pulcher,chri,bello.hic uir,uiri,il marito. Puer , eri,il
fanciullo.hic miſer,eri,il meſchino.hic coluber,bri,il ſcor
„ zone. Genes, eri, il genero.Mortifer, eri,dator di morte.
„ Socer,eri,il ſocero.Satur,ri,ſatollo.Presbyter,eri,il prete,
& ſimili.

Nomi-

Ntó hoc	ſcamnũ,il banco.	Plur. ſcamna, li banchi
Gtó	ſcamni, del	Gtó ſcamnorum, de li
Dtó	ſcamno,al	Dtó ſcamnis, a li
Actõ	ſcamnum,il	Actõ ſcamna, li
Vctõ o	ſcamnum, ò tu	Vctõ ò ſcamna, ò uoi
Abltõ à	ſcamno, dal	Abltõ à ſcamnis, da li

Coſi hoc donum,ni,il dono. Gymnaſium,la ſcola. hoc tectũ,
,, il tetto. hoc lignum,il legno. hoc ſaxum,il ſaſſo. hoc mẽ-
,, brum,il membro. hoc caſtellum,il caſtello. hæc glyceriũ, rij. hæc phylenium, nij. Nomi proprij di donne. hoc cœlum,il cielo.

Plur. Nominatiuo hi cœli, orũ. Hoc vulgus,gi,il uolgo. hoc pelagus,gi,il mare.

,, Nota che il genere neutro haue tre caſi ſimili,il nominatiuo,accuſatiuo,uocatiuo,il numero.

Nominatiuo hic	Antonius	Plur. hi	Antonij
Genitiuo	antonij	Genitiuo	antoniorum
Datiuo	antonio	Datiuo	antonijs
Accuſatiuo	antonium	Accuſatiuo	antonios
Vocatiuo ò	antoni	Vocatiuo ò	antonij
Ablatiuo	antonio	Ablatiuo ab	antonijs

,, Coſi declinarete tutti gli altri nomi proprij,come è Oui
,, dius, Virgilius, Horatius, Fabius, & ſomiglianti, finiti in ius, i quali hanno il uocatiuo ſingulare in I ſolo,& in genitiuo per due ii. Ma filius, fa nel uocatiuo fili, benche ſia nome appellatiuo, i quali appellatiui fanno il uocatiuo in e,ut Vicarius, uicarie. Socius, ſocie, il compagno. Tabellarius, rii, il corriero.

Ntó hic	Deus	Plur.	Ntó hi dei, & dij.
Genitiuo	dei	Gtó	deorum,& deum.
Datiuo	deo	Datiuo	deis,& diis.
Accuſatiuo	deum	Accuſatiuo	deos.
Vocatiuo ò	deus	Vctò ò	dei,& dij.
Ablatiuo à	deo	Abltõ à	deis,& dijs.

Nominatiuo hic orpheos
Genitiuo orphei & orpheos
Datiuo orpheo & orpheis. Datiuus contractus,

Accu-

Accuſatiuo orpheum & orphea
Vocatiuo ò orpheu
Ablatiuo ab orpheo Plur. Orphi, orum. come Domini dominorum.

Coſi declinarete Hic Theſeus ei. Hic Peleus ei. Nereus, ei, „ delli quali proprij greci fa uocatiuo in u.

Habet hæc ſecũda declinatio octo terminationes in nominatiuo ſingulari. Er, ut magiſter, Ir, ut uir, uiri. Vr, ut ſatur, ſaturi. Vs, ut dominus, i. Eus, ut orpheus. Vm, ut templum. On, ut hoc Ilion, ii, la città di Troia, ò caſtello. Os, ut hæc „ Tenedos, di, Iſola di Tenedo; ſed hæc duo græca ſunt.

Nota, il nome finito ĩ Vm, è neutro, & della ſecõda, fuor che certi greci feminini ꝓprij, com'e hæc Gliceriũ, hæc Sileniũ hæc Philenium, nomi di donne.

Quando il datiuo ſingolare finiſce in O, l'ablatiuo è ſimile a lui. ut domino, ab hoc domino, coſi al plurale Dominis, a dominis. Orpheus, & ſimilia habent datiuum græcum & contractum, ut orphij Virg.

Orphij Calliopea, Limo formoſus Apollo.

Accuſatiuũ in a, ut Orphea, Ilione, a. On græcũ planè eſt, ut Illion vocatiuũ ĩ eu. vt orpheu. Panthus ò panthu. nome „ proprio greco. Hec apud latinos ſimilia ſunt nominatiuis, ò Deus, ò fluuius, o populus. Lucanus degener ò populus. Ab er, ir, ur, ſimiles ſunt uocatiui nominatiuus. Virgilius tamen dixit Euander, a nominatiuo Euandrus. „ Leãder, a nominatiuo Leandrus. In genitiuo plurali quandoq; per ſyncopen ſubtrahitur ſyllaba: ut pro Deorum, deum. uirum, pro uirorum: poetæ his frequentius utuntur. Sed tamen in ſoluta oratione dicĩt, mille numum & ſeſtertiũ. Habet hæc quatuor genera maſculinum, ut dominus, fœmininum, ut hæc pyrus, il pero arbore. Neutrũ, ut hoc pyrum, il pero frutto. Promiſcuũ, ut coruus, il corbo. Tur„ dus, il tordo. Promiſcuũ, uuol dire al tutto meſcolato, per che con uno genere ſignifica due, come è hic coruus, ſignifica il coruo maſchio, & la femina. hæc Aquila ſignifica la femina, & lo maſchio.

Nominatiuo	bonus bona bonum.	Plur. Boni,næ,na.
Genitiuo	boni bone boni	Bonorum,arum, orũ.
Datiuo	bono bonæ bono	Bonis.
Accuſatiuo	bonum bonam bonum	Bonos,as,na.
Vocatiuo ò	bonæ bona bonum	Boni,ę, a.
Ablatiuo à	bono bonæ bono	Boni, buono huomo,

buona donna,buona coſa.

„ Coſi declinarete ogni altro adiettiuo della prima,& ſecon
„ da declinatione,come è Malus,mala,malũ,huomo,donna, & coſa triſta.Benignus,na,num,benigno . Pius,pia,pium, pietoſo.

Nominatiuo	Niger nigra nigrum.	Plur. Nigri, æ,a.
Genitiuo	nigri nigræ nigri .	Nigrorũ, arum,orum.
Datiuo	nigri nigrę nigro	Nigris
Accuſatiuo	nigrum nigram nigrũ	Nigros,as,a
Vocatiuo	niger nigra nigrum,ò	Nigri,æ,a
Ablatiuo à	nigro nigra nigro,a	Nigris.

Homo,femina,& coſa nera.

Coſi Sacer,ſacra,um,Sacrato.Pulcher,pulchra,pulchrũ,Bello,Liber,libera,liberũ,libero.Tener,tenera,tenerum,tenero,proſper,ra,rum,proſpero.Macer,cra,crum,magro.Ater
„ oſcuro.Dexter,deſtro.I quali hanno il uocatiuo ſimile al
„ nominatiuo. Perche finiſcono in R.

Nominatiuo	Vnus,una,unum,vno.	Plur.Vni,nę, na.
Genitiuo	unius	Vnorum, arum,orũ
Datiuo	vni	Vnis
Accuſatiuo	vnum,vnam,vnum	Vnos,nas, na
Ablatiuo	vno,vna,vno	Vnis.

Al cui eſſempio declinarete.

Vllus,vlla,vllum.	Genitiuo	Vllius alcuno
„ Nullus,nulla,nullũ	Genitiuo	nullius, neſſuno
Alter,altera,alterũ	Genitiuo	alterius,l'altro
Alius,alia,aliud	Genitiuo	alius,un'altro
„ Totus,tota,totum	Genitiuo	totius,tutto
Solus,ſola,ſolum	Genitiuo	ſolus,ſolo.

Vter

Vter,utra,utrum. Gtõ utrius, quale,ò chi di due.
Neuter,neutra,neutrum. Genitiuo neutrius.Datiuo neu-
„ tri,ne l'uno,nel'altro.
Vteruis,utrauis,utrumuis, quale uuoi di due.
Vterlibet,utralibet,utrumlibet,qual ti piace di due.
Alteruter,tra,trum. Gtõ alterutrius,ò l'uno,ò l'altro.
Quamuis hæc cũ Pronominibus flectãtur &c cũ illis adnu
„ merẽtur.I Genitiui in ius hanno in proſa la penultima lõ
ga,e nel uerſo,commune,eccetto alterius,che l'ha ſempre
breue,& alius ſempre lunga.

TERTIA NOMINIS DECLINATIO.

Il Nominatiuo haue uarie terminationi, in a,e,i,o,u,l,m,n,
r,s,t,x. Genitiuo is,Datiuo i,Accuſatiuo, em.Ablatiuo e.
Plur.Es. Genitiuo um.Datiuo ibus.Accuſatiuo es.
Nominatiuo hoc Epigramma,Plur,hæc Epigrammata.

l'epigramma		gli Epigramma	
Gtõ	epigrammatis,del	Gtõ	epigrammatum,de gli
Dtõ	epigrãmati,al	Datiuo	epigrãmatibus, a gli
Actõ	epigramma,lo	Accuſatiuo	epigrammata,gli
Vctõ	ò epigramma,ò	Vocatiuo	ò epigrammata, ò
Ablat.	ab epigrammate,dal	Abla.	ab Epigrãmatibus da gli

„ Coſi gli altri greci finiti in a, come hoc poema, tis,& tos,
„ il poema.Hoc Thema,tis,la poſitione. Hoc numiſma,tis,&
tos,la medaglia.Enigma,tis,& tos,vna dimãda oſcura.Hoc
ſtemma,tis,la corona.il datiuo & ablatiuo plurale ancho-
ra fa in is,ut numiſmatis &c.

Ntõ hoc	cubile,il letto	Plu. hæc	cubilia, li letti
Genitiuo	cubilis,del	Genitiuo	cubilium, delli
Datiuo	cubili,al	Datiuo	cubilibus,a li
Accuſatiuó	cubile,il	Accuſatiuo	ò cubilia,li
Vocatiuo ò	cubile,ò	Vocatiuo	ò cubilia, ò
Ablatiuo a	cubili,da	Ablatiuo	ò cubilibus, da li

Tutti quelli ſono neutri,e fa l'ablatiuo in i;coſi anchora,hoc
Ouile,is,la ſtalla delle pecore. Caprile,is, ſtalla delle ca-
pre.Bouile,ſtalla de boui. Equile, ſtalla de caualli. Alta-
re,is, e,altare,Hoc monile,is, la collana. Mare, is, il mare

E finiti in al, & in ar. Animal, alis, l'animale. Ceruical, alis,
„ capezzale, guanciale. Vectigal, ali, il datio, la gabella. Hoc
„ laquear, & lacunar, la tempiatura, ò ſpatio delli trauicelli.
Torcular, aris, il torculo, ò parmento.

Nominatiuo hoc Gummi, la gomma. Genitiuo gummi. Dat. gummi, nome indeclinabile. Coſi hoc Sinapi, il ſinapo. Hinc ſinapiſmus, mi, la moſtarda. Homo frugi, huomo utile, induſtrioſo, & de ricapito.

Nominatiuo hic & hæc uirgo. la virgine.		Plur.	virgines, le virgini.
Genitiuo	virginis, de la	Genitiuo	virginum, de le
Datiuo	virgini, a la	Datiuo	virginibus, a le
Accuſatiuo	virginem, la	Accuſatiuo	virgines, le
Vocatiuo	ò virgo, ò tu	vocatiuo	ò virgines, ò voi
Ablatiuo	à virgine	Abltõ	à virginibus, da le

Coſi hæc vertigo, inis, la vertigine. hæc imago, inis, la imagi-
„ ne. Hic & hæc homo, l'huomo, & la donna. hic & hęc
„ nemo, nis, neſſuno. Hic cardo, inis, il cardine de la porta.
hæc grando, inis, il grandine. hæc intercapedo, inis, l'inter-
„ uallo. Hęc caligo, inis, obſcurità, nebia folta. hæc cupido,
inis, il deſiderio.

Coſi ancora hic ſermo, onis, il ſermone. Hæc pēſio, onis, il piſone, ò affitto. Diſputatio, onis, la diſputa. Coſi Cato, onis, Catone. Cicero, onis, Cicerone. Frōto, onis, Frontone, Nomi proprij. Hæc Iuno, Iunonis, Giunone dea. Et queſti greci proprij di donne. Hæc Dido, onis, & Didus. Caliſto, onis, & us. Caliſo, onis, & us. Sappho, onis, & us. hæc Alecto, onis, & us, furia infernale, &c.

Nominatiuo hoc, lac, il latte.		
Genitiuo	lactis	carcer pluraliter hæ lactes
Datiuo	lacti	ium, li lattaroli
Accuſatiuo	lac	coſi Halec cis l'aſina
Vocatiuo	ò lac	peſce. g.m. & neutri
Ablatiuo	ò lacte	peſce. g.m. & neutri

Nominatiuo hoc animal, l'animale		Plur.	animalia
Genitiuo	animalis	Genitiuo	animalium.
Datiuo	animali	Datiuo	animalibus.
Accuſatiuo	animal	Accuſatiuo	animalia.

Voca-

Vocatiuo ò animal	Vocatiuo ò animalia.
Ablatiuo ab animali	Ablatiuo ab animalibus.

Coſi hic ſal,is,il ſale.hi ſales,ium,le facecie.hic ſol, is,il sole.
„ hic Hanibal,ălis,Hanibale. Aſdrubal, alis, Aſdrubàle,
„ huomo coſi detto.Gabriel,ellis,Gabriel.Raphael,Michael,
& Daniel,elis,ſi dicono anchora i us,ut Daniellus &c.hoc
„ Mel,mellis,il mele,haue ſolamente Mella. al plurale.hoc
fel,fellis,il fele.hic cõſul,ulus, il cõſul. Præſul, ulis, il ue-
ſcouo,& ſoprattante à ſacerdoti.hic Exul,is,il sbandito.pu
„ gil,is,il giocator di pugni.hic,& hæc uigil,is,la guarda,Ne-
quam nomen eſt indeclinabile, triſto conſumatore Tantū-
dem,tantum medeſimo.totidem,tanti medeſimo.

Nominatiuo hoc Nomen,il nome.Plur. hæc Nomina.

Genitiuo	nominis	Genitiuo	nominum
Datiuo	nomini	Datiuo	nominibus
Accuſatiuo	nomen	Accuſatiuo	nomina
Vocatiuo ò	nomen	Vocatiuo ò	nomina
Ablat.a	nomine	Ablatiuo a	nominibus.

Coſi hoc foramen,inis,il pertugio.hoc numen,inis,la diuini-
tà,deità.Acumen,inis,la ſottigliezza. Regimen,inis, il reg-
gimento.Carmen,nis,il uerſo. Munimen,inis, il fortifica-
mẽto.Stramen,inis,lo ſtrame.hic tubicen, inis, ſonator di
piſero.Flamen,inis,il ſacerdote.hic pecten,inis, il pettine.
hic canon,onis,la regola.hic dæmon,onis,il demonio. hic
Pean,anis,& nos,lande d'Apollo. Hic Titan, anis, anos, il
Sole.Pã,Panos,& is.Iddio de paſtori.Hæc Siren,enis,& os
la ſirena.Agamemnon,onis.Memnõ,onis,& os,nomi pro-
prij.Hic delphin,is,& os,il delfino.

Nominatiuo hic amor,l'amore. Plur. amores.

Genitiuo	amoris	Genitiuo amorum.
Datiuo	amori	Datiuo amoribus.
Accuſatiuo	amorem	Acuſatiuo amores.
Vocatiuo ò	amor	Vocatiuo o amores.
Ablatiuo ab	amore	Ablatiuo ab amoribus.

Coſi Timor, oris, il timore. Honor, oris, l'honore. Furor,
„ oris, il furore. Hæc arbor, oris, l'arbore. Hoc æquor,

 oris,

oris,il mare.Hoc mamor,oris,'il marmo.'memor , oris, ri-
cordeuole,omnis g. Hic Rhetor, oris, chi inſegnarettori-
ca.Neſtor,oris,Neſtore.Hoc cor,cordis,il cuore.Hic lar ,
laris,Dio del fuoco,Hoc far,ris,il farro. Hoc nectar, aris,il
bere de gli dei.Hoc epar,epatis,il ſegato. Hic agger, eris ,
montone di terra,terracino.Hic & hæc puber,eris, giouane di quattordici anni.Hęc mulier,eris,la donna.Hæc ma
„ ter,tris,la madre. Hic frater, tris, il fratello. Hic imber ,
imbris,la pioggia.Hic September,bris,Settembre . Octo-
ber,is,Ottobre.Nouember, is , Nouembre . December ,
is,Decēbre.Quintilis,is, Luglio,Sextilis,is,Agoſto.di que
ſti meſi fa l'ablatiuo in I.Hoc iter itineris, camino,uiaggio.
Hoc tuber,eris,il tartufolo . Hoc cadauer, eris, il corpo
morto.Hic crater,eris,la tazza,coppa . Character, eris, ſe-
gno,figura. Hic martyr , ris , & ros , il martire . Hic au-
gur,uris,augure.Hoc fulgur, uris, il folgore , Hoc ebur ,
eboris,l'auorio.Hoc femur, oris. Robur , oris , il rouero ,
„ & la forza.Hoc Iecur, iecoris, & iecinoris, il fegato . Hoc
fænus, oris, l'uſura . Hæc uxor,oris,la moglie. hæc ſoror,
oris,la ſorella.

Nominatiuo hæc ciuitas,la città.Genitiuo ciuitatis.

Coſi hæc bonitas,atis,la bontà.Hæc malignitas, atis, la mali-
gnità.Hæc ruſticitas,atis,la ruſtichezza.Hic as, aſſis, la li-
bra,dodeci onze.Hic uas, uadis, il plegio. Hoc uas, uaſis,il
uaſo.Plu.uaſa,uaſorum.Datiuo uaſis.Hic mas,maris, ma-
ſchio.Hoc fas,coſa lecita.Hoc nefas,coſa illecita. Hic Ele-
phas,antis,l'elefante.Hic Adamas, antis, lo diamante. Hic
gigas,antis,il gigante.Hæc Pallas,dis,& dos, Pallade dea.
Hæc Ilias,dis,dos,l'hiſtoria di Troia.

Coſi anchora,hic Miles,is,il ſoldato. Hic ceſpes, itis, il ceſ-
po,ceſpuglio.Hic fomes, itis, il fomite,l'eſca. Diues,tis,ric
co.Hic Aries,etis,il montone. Paries, etis, il muro . Hæc
abies,etis,l'abeto. Hæc ſeges,etis, la biada in herba . Hæc
„ teges etis,la ſtola,& uile copertura. Hic pes, dis, il piede .
compes,edis,il ceppo de piedi.Hæc clades,dis, l'occiſione.
„ Hæc fames,famis,la fame.Hic uates,tis, il poeta,& profe-
ta.Hic hęres,dis,l'herede.Hæc merces,edis,la mercede,pa

gamen-

gamento.Hic,& hæc locuplex,etis,ricco. Hoc æs, æris,il rame.Hæc quies,etis,il ripoſo.Requies,etis,& requiem in accuſatiuo.Hic lebes,etis,il bacile.

Coſi anchora hic collis, lis, il monticello. hæc uitis, la uite. hæc febris,ris,la febre.hic Torquis,torquis, la collana.hic Quiris,itis,il Romano.Samnis, itis, l'Abbruzeſe.hic cinis, eris,il cenere.hic cucumis,eris,il melone d'acqua. hic puluis,eris,la poluere,& hic ſanguis,inis, il ſangue. hic uomis,
,, eris,il uomere.hic lapis,idis,la pietra.hæc cuſpis, idis, la punta.hic polis,inis,il fiore della farina.hæc caſſis, dis,l'elmetto.hæc lis,litis,il piatto,quiſtione.hęc vis,genitiuo uis, la forza.

Nominatiuo	Neapolis,	Napoli	Gtõ Neapolis
Datiuo	Neapoli	Accuſatiuo	Neapoli
Vocatiuo ò	Neapolis,	Ablatiuo	à Neapoli.

Coſi hic Capys,genitiuo Capys,nome proprio d'huomo.hic
,, Mœris,genitiuo Mœris,nome del paſtore.hic Alexis,genitiuo Alexidis,& Alexis.hæc Hæreſis, genitiuo hæreſis, & eos,hereſia,hæc poeſis,is,& eos,la poeſia.hæc Theris,indis, os,madre d'Achille.Thetys,genitiuo thetys, & thethyos,
,, nome di dea marina. hic Simois, oentis. oentos, fiume di Troia.hæc Amaryllis dis,& dos, accuſatiuo, em, & da, una ninfa.

Nominatiuo hic & hæc ſacerdos,il ſacerdote e ſacerdoteſſa, Genitiuo ſacerdotis.

Coſi declinarete hic & hæc cuſtos,odis,il cuſtode, & la cuſtode.hic mos,moris,il coſtume.hic flos,floris,il fiore.hic ros, roris,la rugiada.hæc dos,dotis,la dote.hic bos, bouis,il boue.Genitiuo,plurale bouum.Datiuo bobus.hæc cos,cotis, pietra d'aguzzare coltelli.hic nepos,otis, il nipote. hic Rhinoceros otis,l'alicorno.hic & hæc compos,otis, potēte.Impos,lis,impotente.hoc os,ſis,l'oſſo,Os,oris, la bocca.
Nominatiuo hæc laus,la laude. Genitiuo laudis.
Coſi hæc palus,udis,la palude.hæc uirtus,tis,la uirtù.Iuuen-

tus,tis,la giouentù.hæc ſenectus, tis,la uecchiaia. Tellus, uris,la terra.hæc ſalus,is,la ſalute caret,pluraliter.hæc fra-dis,la fraude.hæc Venus,eris,dea Venere.hæc incus, incu-dis,incudine.hæc pecus,udis,la beſtia māſueta. hoc pecus oris,il beſtiame,armento.hic mus,muris,il ſorze.hoc plus, pluris,piu.Pluraliter,hi & hæ plures & hæc plura,genitiuo plurium.hoc pus,puris,la puragna marza. ruris, la maſſa-ria.hoc thus,thuris,l'incenſo.hoc crux,cruris,la gāba.Hoc ius iuris,la ragione,& lo brodo. hoc fœdus, eris, il patto. hoc uellus,eris,la lana.hoc vulnus,eris,la ferita. hoc latus, eris,il fiāco,hoc opus,eris,l'opra.hoc viſcus,viſceris,interio ra.hoc melius,oris,coſa megliore.hoc peius, oris,coſa peg giore.hoc corpus,oris,il corpo.hoc fœnus,oris,l'uſura.hoc pignus,oris,il pegno.hoc facinus,oris, il fatto, ſpeſſe uolte male. Et queſti græci hæc Amathus,amathuntis,& os,cit-tà in Cipri. Peſinus,vntis,& os,luogo in Frigia.hæc opus, opuntis,città d'Achaia.Trapezus,untis,città di Cappado-cia.Emaus,untis,città di Paleſtina.

Nominatiuo	hic quadrans	Plur.	quadrantes.
Genitiuo	quadrantis	Genitiuo	quadrantum.
Datiuo	quadrantis	Datiuo	quadrantibus.
Accuſatiuo	quadrantē	Accuſatiuo	quadrantes.
Vocatiuo	ò quadrans.	Vocatiuo ò	quadrantes.
Ablatiuo	à quadrante	Ablatiuo a	quadrantibus.

Significa la quarta parte della libra.hic dodrās,antis,tre quar ti della libra.hic triens,entis,il terzo della libra.hic dens, dentis, il dente.hæc mens,tis,la mēte.hic fons, tis,la fonta na.hic pons,tis,il ponte.hic mons,tis,la montagna. hic, & hæc ſerpens,tis,il ſerpēte,& la ſerpe.Parens, entis,il padre, & la madre.hic,hęc,hoc amans, tis, l'amante.legens, tis,le gente.hæc glans,dis,la ghianda.

Nominatiuo hęc trabs. Genitiuo huius trabis.

Coſi hæc plebs,bis,la plebe.hic calybs,ibi,l'acciaio.hic ſcobs, bis,la ſegatura,ò limatura.hæc ſcrobs,bis,la foſſa.hæc puls, ltis,farinata,hæc hyems,emis,il verno.hæc frons, tis, la frō te.Frons,ndis,la fronde.hęc iuglans,andis,la noce. Adeps, ipis,il graſſo.hic & hæc princeps, is, il Principe, & Princi-peſſa.

peſſa.hic manceps, cipis, compratore di coſe publiche.Mu-
niceps,ipis,cittadino,participante de gli uffitij della città,
hic auceps,upis,uccellatore.hic,& hæc biceps, iptis, chi ha
due teſte.triceps,itis,chi ha tre teſte. Anceps,ipitis,dubioſo.
Hæc ſtis,pis,il pagamento di ſoldati. Hæc ſtirps,pis,la pro
genie. Hic ſtirps,il ſterpo d'arbori.inops,opis, pouero. Hic
Aethiops,opis,quello d'Etiopia. Expers,ertis, ſenza parte.
Vecors,dis,codardo. Concors,d is,cōcordante. Diſcors,dis,
diſcordante.

Nominatiuo hoc caput,la teſta.	Plur.hæc capi.
Genitiuo capitis	Genitiuo capitum
Datiuo capiti	Datiuo capitibus
Accuſatiuo caput	Accuſatiuo capita
Vocatiuo ò caput	Vocatiuo ò capita
Ablatiuo à capite	Ablatiuo a capitibus.

Coſi ſinciput,ſincipitis,la parte dinanzi del capo. Hoc occi-
pit,occipitis,la collottola. Hic Dauid , Dauidis, nome
proprio.

Nominatiuo hęc nux,la noce. Genitiuo nucis.&c.

Coſi crux,cis,la croce. Hæc lux,cis,la luce. Hæc coniux, gis,la
moglie. Hæc faux,cis,la gorgia,& foce. Hęc lanx, cis,la ſco-
tella. Hæc bilanx,cis,la bilāce. Hæc arx,cis,il caſtello,rocca.
Hæc merx,cis, la mercātia. Hęc pax,cis,la pace. Hic & hęc,
& hoc audax,cis,audace. Fallax,cis , ingannoſo. Fax,acis, la
torcia. Effrenos,ontis,preſūtuoſo.hic codex, icis, il libro.
cortex,cis,la ſcorza. Hęc ſilex,icis,la ſelce. Hic ſorex , icis,il
ſorce, Hęc uibex,icis,il ſegno della battitura. Hęc fex,cis,la
feccia.hic ueruex,ecis,il caſtrato.hęc lex,gis, la legge. hic
Rex,is,il Re. Grex,gis,il gregge.hic remex,gis,tirator di re-
mo ò forzato.hęc ſupellex,ectilis,la maſſaritia, fornimento
di caſa.hic pollex,cis,il dito groſſo.hic index, icis, appreſſo
il groſſo.hic ſenex,ſenis,il uecchio,hic calx,cis. il calcio,tal
lone.hęc calx,cis,la calce.hic fornix,icis, arco di fabrica , e
luogo delle meretrici hęc cornix,icis , la cornacchia. hęc
ceruix,icis,la ceruice,hęc lotrix,icis,la lauādaia. hęc nix,
niuis,la neue.uox,cis,la uoce.nox,ctis,la notte. Quincux,
quincuncis,cinq; onze, ſeptunx, ncis, ſette onze. Deunx,
cis,undeci onze.

TERTIAE INFLEXIONIS.

Nominatiuo hic,& hæc omnis		Plur.hi, hæ	omnes
& hoc omne,		& hæc	omnia
Genitiuo	omnis	Genitiuo	omnium
Datiuo	omni	Datiuo	omnibus
Actõ hunc,hãc omnem,		Accuſatiuo	omnes
& hoc omne		& hęc	omnia
Vocatiuo oĩs,& hoc omne		Vocatiuo	ò omnes, & omnia
Ablatiuo ab omni		Ablatiuo ab omnibus	

,, Ogni huomo,ogni femina,ogni coſa.

,, Coſi hic & hęc turpis,& hoc turpe,brutto.Dulcis,& hoc ,, dulce,dolce.Naturalis,& hoc naturale.Humilis,&hoc humile,naturale humile baſſo. Facilis,& hoc facile,facile.

Nominatiuo hic, hæc,hoc felix.		Plu.felices, & hæc felicia.	
Genitiuo	felicis	Genitiuo felicium.	
Datiuo	felici	Datiuo felicibus.	
Actõ felicẽ,& hoc felix.		Actõ felices, & hæc felicia.	
Vocatiuo ò	felix.	Vctõ ò felices,& felicia	
Ablatiuo à felice,uel felici.		Ablatiuo à felicibus.	

Huomo femina, & coſa beata. Coſi gli altri adiettiui d'una voce.Fallax,cis,fallace.Velox,cis,veloce.Pernix,icis,uelo-ce.Ferox,is,feroce.Simplex,icis,ſimplice. Duplex, icis,doppio,ut vetus,eris.vecchio.Tutti i participii in us,ut hic hęc hoc,amans,amante.Scribens,is,ſcribente,elegans, tis,elegante,Prudens,tis,prudente.

Nominatiuo hic , & hæc maior ,		& Plura. hi,& hæ	maiores
hoc maius			hæc maiora
Genitiuo	maioris	Genitiuo	maiorum
Datiuo	maiori	Datiuo	maioribus
Accuſatiuo	maiorem	Actõ	maiores,
& hoc maius			& hæc maiora.
Vocatiuo ò maior,& ò maius.		Vctõ ò maiores, & maiora.	
Ablatiuo à maiore,& maiori		Ablatiuo à maioribus.	

Huomo, donna, & coſa maggiore. Coſi tutti i comparatiui, hic hæc doctior, & hoc doctior,piu dotto.Felicior, & hoc felicius,piu felice. Sapientior, & hoc ſapientius,piu ſauio,

Adiectiua

Adiectiua trium Vocum.

Nominatiuo hic celer, hæc celeris,		Plur. hi, & hę celeres,	
& hoc celere		& hęc celeria	
Genitiuo	celeris	Genitiuo	celerium
Datiuo	celeri	Datiuo	celeribus
Actõ celerem, & hoc celere		Actõ celeres, & hæc celeria,	
Vctõ ò celer, celeris		Vocatiuo	ò celeres,
& celere			& ò celeria.
Ablatiuo	à celeri	Ablatiuo a celeribus.	

Huomo, donna, & coſa veloce.

Coſi alacer, alacris, alacre, allegro. Acer, acris, acre, agro. Saluber, bris, bre, ſalutifero. Celeber, bris, bre, famoſo. Equeſter ſtris, ſtre, equeſtre. Campeſter, ſtris, ſtre, campeſtre, piano. Paluſter, paluſtris, ſtre, paludoſo. Syrueſter, ſtris, ſtre, ſaluatico, benche poſſino eſſere di due voci, hic hæc ſylueſtris, & ſylueſtre, &c.

Quorundam nominum accuſatiui huius tertiæ, ſunt etiã per
,, im, ut turrem, & turrim, la torre. Burem, & rim, il manico dell'aratro. Securem, & im, l'accetta. Puppem, & puppim. la pupa della naue. Hæc ſitis, Accuſatiuo ſitim, la ſete. Hęc reſtis, reſtem, & im, la fune. Ad reſtim res redijt. Teren. ſiamo in gran diſperatione. Hæc tuſſis, im, là toſſe. Hæc peluis, im, & em, il catino. Vis, vim, la forza. Maguderis, im, certa herba. Tibris, im, il Teuero. Aris, im, Sõna, nomina flu minum propria. Febris, em, & im, la febre. Nauis, em, & im, la naue. Geneſis, geneſin, & geneſim, la generatione. Poeſis, Genitiuo eſeos, Accuſatiuo in, & im, la poeſia. Patris, Ac
,, cuſatiuo dem, & parin, & im, & ſimilia. Sed Græcas declinationes malo ex Gręcis Authoribus peti. In adiectiuis, in is, & er in hac declinatione ablatiuus fit per i, tantũ, ut, ab
,, hoc forti, humili, acri ſalubri, A Iuuenale, a Martiale, cum proprio ſunt.

In neutris in e, al, ar, aliquando in i, ut à mari, uectigali, calcaricum actus tantum fit per im, ut ab hac ſiti, tuſſi, & ab hac ſtrigili. Horat. mutat furtiua ſtrigili. In menſium nominibus, ut à Septembri, Decembri, &c.

Sic etiã ab imbri, igni, imbre, & igne, hoc par, ab hoc pari vſita
,, tius. Alia adiectiua faciunt ablatiuos per e, & i, vt, ab auda

ce, &

ce,& audaci,duplice,& ci,&c.

Genitiuus pluralis vel mediocriter literatis exhibet nō nihil negocij,quare pueri diligēter adſuefaciendi ſunt ad prædiſcendam huius caſus uarietatem, ubi pares ſyllabæ ſunt in genitiuo & nominatiuo deſinentibus in is, tunc exeunt genitiui per ium,ut collium,menſium, ædium , aurium , amnium,ignium.Adde litium,ditium,uitium,ſalium, maniū , penalium,aſſium.ueteres enim hic aſſis dicebant.Mas, marium.Vas,uadium.Excipe canum,opum , procerum.Iuuenum,apum,& apium.

Hæc adiectiua sūt uaria.Accliuus,a,um,& hic,& hæc accliuis, & hoc accliue,erto.Decliuus,& decliuis , inchinato Effrenus,a,um,& Effrenis,& hoc effren,ſenza freno. Eneruus,a, um,& Biiugis,due caualli attaccati al carro.Eneru⁹,a,um, Eneruis,ſenza neruo.Exanimus, a, um , & Exanimi, ſenza anima,morto.Hilarus,a,um, & hilaris,allegro.

QVARTA NOMINIS DECLINATIO.

Nominatiuo us, Genitiuo us, Datiuo ui,Actō um, Abltō u, Plur.us, Genitiuo uum Datiuo ibus,Accuſatiuo us.

Ntō hic	fructus,il frutto		Plur.hi fructus.
Genitiuo	fructus	Genitiuo	fructuum
Datiuo	fructui	Datiuo	fructibus
Accuſatiuo	fructum	Accuſatiuo	fructus
Vocatiuo ò	fructus	Vocatiuo ò	fructus
Ablatiuo à	fructus	Ablatiuo à	fructibus.

Coſi hic Viſus,us,nome Verbale,la uiſta,il uedere.hic ſenſus, us,il ſenſo,il ſentimento.Auditus,us , l'audito , ò l'udire. Odoratus,us,l'odorare. Guſtus,us, il guſto. Tactus , us,il toccare.Gradus,gradus,il grado. Paſſus , paſſus , il paſſo . Caſus,us,il caſo, accidente. Saltus , us, il ſaltare. Exercitus , us , l'eſſercito.Luctus,us,il pianto, Actus , us , l'atto, & il fare.Victus , us , il uiuere. Verſus, us , il uerſo . Vultus,us,il uolto.Quelli ſeguenti fanno il datiuo , & ablatiuo.Pluraliter in ubus. Hic artus , us , il membro. Datiuo,& Ablatiuo,Artubus.Arcus, us, arcubus, l'arco. Lacus,us,lacubus, il lago. Queſtus , us , il lamento. Queſtubus,hic queſtus,us,il guadagno.Hæc Quercus, quercubus,

bus,la quercia.hęc acus,acubus,l'aco da cuſire.hæc tribus, tribulus,la piazza.hæc ſpecus,us,ſpecubus,la ſpelonca.

Nominatiuo domus,la caſa.	Plura. hæc domus
Genitiuo domus,& domui	Gtō domorũ, & domum
Datiuo domui	Datiuo domibus
Accuſatiuo domum	Accuſatiuo domos
Vocatiuo ò domos	Vocatiuo ò domus
Ablatiuo a domo	Ablatiuo a domibus.

Domi Genitiuo ſemper aduerbialmēte.hæc laurus,us & ri,il lauro.hęc ficus,us,& ci,il fico,albero,& frutto:& quaſi tutti i nomi della quarta, appreſſo gli antichi erano anchora della ſeconda,ut tumultus,tus,& ti,&c.

Nominatiuo hęc manus,la mano.	Plur. hæ manus,le mani
Genitiuo manus	Genitiuo manum
Datiuo. manui	Datiuo manibus
Accuſatiuo manum	Accuſatiuo manus
Vocatiuo ò manus	Vocatiuo ò manus
Ablatiuo à manu	Ablatiuo à manibus.

Coſi hęc Socrus,crus,la ſocera hæc Nurus,us,la nuora.Anus, us,la uecchia,& ſimili.

Nominatiuo hoc cornu,il corno	Plur.hæc cornua, le corna,
Genitiuo cornu	Genitiuo cornuum
Datiuo cornu.	Datiuo cornibus
Accuſatiuo cornu	Accuſatiuo cornua
Vocatiuo cornu	Vocatiuo cornua
Ablatiuo a cornu	Ablatiuo a cornibus.

Coſi hoc tonitru,tru,il tuono.hoc veru,u,ſpedo.hoc genu,u, il ginocchio.hoc gelu,u,il gelo:ma ſenza plurale.

Tutti ſono neutri,& indeclinabili nel ſingulare.Plu.hæ idus, iduum,idibus,la metà del meſe.Noctu,& natu,pro nocte, „ & ætate,perche ſono ablatiui antichi.Hæc quarta,duas ter „ minationes habent in us,ut uſus, in u,ut cornu,atque tria genera.Maſculinum ut hic fructus. Fęmininū,ut hæc manus.Neutrum,ut hoc genu. Apud poetas hic cornu in datiuo per apocopen inuenies.

Ntõ Es, Gtõ Ei, Datiuo Ei, Accuſatiuo Em, Abl. E.
Pl. Es, Gtõ Erũ, Datiuo Ebus. Accuſatiuo Es.

Nominatiuo hic uel hæc dies, il giorno. Plura. dies.

Genitiuo	diei	Genitiuo	dierum
Datiuo	diei	Datiuo	diebus
Accuſatiuo	diem	Accuſatiuo	dies
Vocatiuo ò	dies	Vocatiuo ò	dies
Ablatiuo à	die	Ablatiuo à	diebus

Nota tutti queſti finiſcono in es, & ſono feminini, fuora hic vel hæc dies, incerto: benche nel plurale è maſchio, & hic meridies, ei, il mezzo giorno, ſenza plural.

Ntõ hæc ſpecies, la bellezza. Plur. hæ ſpecies

Genitiuo	ſpeciei	Genitiuo	ſpecierum
Datiuo	ſpeciei	Genitiuo	ſpeciebus
Accuſatiuo	ſpeciem	Accuſatiuo	ſpecies
Vocatiuo ò	ſpecies	Vocatiuo ò	ſpecies
Ablatiuo à	ſpecie	Ablatiuo à	ſpeciebus.

Coſi hæc effigies, ei, l'effigie. progenies, ei, la progenie. Pernicies, ei, la ruina, morte. Rabies, ei, la rabbia. hæc ſanies, ei, il ſangue corrotto. fides, fidei, la fede. i quali mancano di plurale. Hæc res rei, la coſa, & utilità.

Nominatiuo	duo,	duæ,	duo, duæ
Genitiuo	duorum,	duarum,	duorum
Datiuo	duobus,	duabus	duobus
Accuſatiuo	duos,	duas,	duo
Vocatiuo ò	duo,	duæ,	duo
Ablatiuo à	duobus	duabus	duobus.

Coſi Ambo, ç, bo, ambodue.

Nominatiuo Plur. hi, & hæ tres, & hęc tria, tre huomini, tre femine, tre coſe. Genitiuo trium. Datiuo tribus. Accuſatiuo tres, & hæc tria. Vocatiuo ò tres, & tria. Ablatiuo à tribus.

Nomi-

Nominatiuo Plu.hi,& hę,& hæc quatuor,quatro. Genitiuo
„ quatuor.Datiuo quatuor.Acců quatuor. Vocatiuo ò qua
tuor.Ablatiuo à quatuor. Nome indeclinabile.coſi inſino
à cento ſono indeclinabili,plurali, & d'ogni genere,come
„ Quinque,Sex,Septē.Octo,Nouem,Decē,Vndecim,Duo
decim,Tredecim,&c.

DECLINATIO NOMINVM
COMPOSITORVM.

Nominatiuo hęc reſpublica. Genitiuo reipublicæ. Datiuo reipublicæ. Accũ rempublicam. Vocatiuo ò reſpublica. Ablatiuo à republica. Pluraliter hæ reſpublicæ. Genitiuo rerumpublicarum.Datiuo rebuſpublicis. Accũ reſpublicas.Vocatiuo ò reſpublicæ.Ablatiuo à rebuſpublicis, la republica,la communità della patria,com'è hoggi la glorioſa città di Venetia,ornamento d'Italia.

Coſi declinarete tutti i nomi cõpoſti da dui retti,come hoc iuſiurandum.Genitiuo iuſiurandi. Datiuo iuriiurando, il giuramento &c. hic Scipio Naſica.Genitiuo Scipionis Naſicæ.Datiuo Scipioni Naſicæ &c.

Ago,agis,ꝑ fare.Refrigero, as, per raffreddare. Calefacio
calefacis,per riſcaldare.Paruifacio,paruifacis. Nihil facio,
is.Floccifaccio,is.Paruipẽdo,is.Nihil ĩpẽdo,is. Floccipen
do,is,ꝑ fare poco,ò nulla ſtima.Perdo,ꝑdis.Amitto,amit-
tis,ꝑ perdere.Quæro q̃ris.Inquiro,is.Exquiro,is.Veſtigo,
ueſtigas,per cercare.Inueſtigo,inueſtigas,per trouare.Of-
fendo,is,ꝑ offendere.Acquiro,is,ꝑ acquiſtare.Lucrifacio ,
lucrifacis,per guadagnare.Eneruo,as,ꝑ indebolire.Cele-
bro,as,ꝑ celebrare,& guardare le feſte.Gigno,gignis.Ge-
nero,as,per generare.Pario,paris,per partorire,&acquiſta
re.Pono,is,ꝑ ponere.Libero,liberas,ꝑ liberare. Iuuo, as.
Adiuuo,as,per aiutare.Duco,is,ꝑ menare.Ille duxit uxo
rẽ,quello haue preſo moglie. Deduco,is,ꝑ menare à luo

go di letitia. Vulnero,as. Saucio,as,p ferire. Moueo, es, p mouere. Cõmoueo,es,p cõmouere. Verto,is,p volgere. cõuerto,is, p cõuertire. Fingo,is,per formare,&fare. Diſſocio, diſſocias,per ſeparare. Honoro,honoras,per honorare. Probo,as,per approuare. Lædo, lædis,per ledere, & fare dãno: Ignoro,ignoras,p nõ ſapere. Lego,legis, per leggere. Perlego,is,p leggere perfettamẽte. Eligo,eligis,per ſcegliere,eleggere. Deligo,deligis,p eleggere il meglio. Præuideo,es, per antiuedere. Cogito,cogitas,p pẽſare. Excogito,as,per trouare pẽſando. Perpẽdo,is,p eſaminare. Appẽdo, is,per peſare. Obſeruo, as, p oſſeruar, & mettere cura. Fugo,as. Pello,is, cõpello,is. Expello,is. Repello,is,p ſcacciare. Fugio,is,p fuggire. Cõpello,is,per cõſtringere. cogo,is,per cõſtringere, & ragunare. Vinco,is. Supero,as,per uincere. Minuo,is. Diminuo,is. Extenuo,as,per diminuire. Iacio,is,per tirare,&lanzare. Eijcio,icis. Proijcio,is,per gittare. Mergo, ſubmergo,is,per affondare. Recreo, as, per recreare. Foueo,es,per couare. Mordeo,es,per mordere. Paro, as, per apparecchiare. Apparo,as,per mettere in punto. Effero,rs. Extollo, is, per innalzare.

SECVNDVS Ordo actiuorum cum genitiuo poſt accuſatiuum patientem cõſtruitur. Io t'accuſerò di furto. Accuſabo te furti. Et dicuntur uerba pertinentia ad iudicium, & ſunt hæc.

Accuſo	as	aui	atum,
Poſtulo	as	aui	atum,per domandare.
Accerſo	is	iui	itum,
Defendo	is	ndi	nſum,per difendere.
Reprehendo,	is	ndi	nſum,
Obiurgo	as,	per riprendere con parole.	
Increpo	as,	per riprendere gridando.	
Admoneo	es,		admonui,itum
Commonefacio	is	nefeci	actum,per ammonire.
Punio	is	puniui	punitum,per punire cõ pena,& dolore.
Multo	as,		per punire in denari.
Damno	as,		per dannare,
Abſoluo	is,	abſolui,	abſolutum,per aſſoluere,& liberare.

Ca-

Caſtigo as, per caſtigare con parole.
Inſimulo as, per infamare à torto,& biaſmare.
Io ti condannerò à dieci ducati di pena. Mulctabo te decem aureis.
Conuinco is, per conuincere.
Coarguo is, per riprendere,& uincere cõ ragione.
Coarguere aliquẽ turpitudinẽ uitæ,auaritiæ,beneficij,&c.
Incuſo as, per dolerſi del ſuperiore.
Increpo as, per riprendere gridando.
Corripio is, per riprendere.
Animaduerto is, per punire con battiture,tu aĩaduertam in pueros, & per attendere.

Item hæc alia.

Culpo culpas,ꝑ incolpare.Excuſo as,ꝑ ſcuſare.pedo,is, ꝑ diſtruggere,ut pdã te capitis, te diſtruggerò ḋlla uita. Plau. Legunt hæc uerba cũ genitiuo,cũ ablatiuo cũ de,& ſine,vt mulier cõuicta ẽ multorũ delictorũ? Vnius tm̃ peccati dãnata eſt. Condemnare aliquẽ rerũ capitaliũ, crudelitatis pecuniæ publicæ,capitis, ĩiuriarũ.Dãnabo te eodẽ crimine de,vi,de alea.Cõdemnauit amicũ de epiſtolarũ negligẽtia. Multare aliquẽ ciuitatẽ,leuarlo dal numero di cittadini. Agã cũ eo iniuriarum,l'accuſerò d'ingiuria.Deferã te maieſtatis,t'accuſerò di ribelliõe.Illũ mulctauit grãdi pecunia, mille aureis &c.Ha fatto pagar di pena a q̃llo grã denari, mille ducati.Tu m'accuſerai di homicidio,ò di ribellione. ò dell'uno,ò dell'altro,ò di neſſuno, Accuſabis me parricidi,aut maieſtatis,aut utroq; aut nullo ſubaudit crimine. „ Noi accuſamo queſta dõna d'incãto,poſtulamus hãc mulierẽ beneficij.ſ.crimine:a quo noĩe ille genitiuus regitur.
Participo as,per fare partecipe: Seruũ ſui participat conſilij.
Excutio as, per tormentare.
Cœperam me excruciare animi. Plaut.

Tertivs ordo actiuorũ cũ datiuo poſt accuſatiuũ patientẽ.il maeſtro ſcriue le regole a'ſuoi ſcolari.Magiſter ſcribit regulas ſuis, diſcipulis,& acquiſitiua dicũt.
Do das dedi datum. Tribuo is bui utum ꝑ dare.
Dedo is dedi itum,ꝑ dare in perpetuo, in tutto.
Præbo es præbui itum, per dare in poteſtà.

Promitto	is	ſi	ſum	per promettere.
Spondeo	es	ſpōdi	nſum,	idem
Accommodo	as	aui	atum, per adattare.	
Præpono	is	ſui	ſitū.	Anpono, is p anporre
Vendico,	as	Aſcribo is pſi	ptū, per attribuire, & imputare.	
Scribo	is	pſi	ptum,	per ſcriuere.
Soluo	is	ſolui	ſolutū,	per pagare, ſcioglie-re, & ſquagliare.
Suppono	is	ſui	ſitum,	Summitto is ſi ſum.
Subdo	is	ſubdidi	itum,	per ſotto mettere.
Subijcio	is	ieci	ectum,	idem.
Aſſuefacio	is	feci	actum,	per aduſare,
Dico	is	xi	ctum,	per dire.
Dico	as	aui	atū, p cōſecrare, & dedicare.	
Offendo	is	ndi	sū, Impīguo, is, impegi, īpactū	
Illido	is	ſi	ſum, per rompere, & urtare.	

Item hæc alia.

Impendio, is, per ſpēdere. Præfero, es, per anteporre, & mettere innanzi. Præmitto is, per mandare innanzi. Mitto, is, per mādare. Deſtino, as, p deputare. Oppono, is, Obijcio, is, per opporre. Remitto, is, p rimādare indrieto. Addo, is, per aggiungere. Abdo, is, per naſcondere. Diſtribuo, is, per diſtribuire, & fare parte. Subigo, is, p ſottomettere. Lego, as, per mandare imbaſciatore, & laſciare in teſtamēto. Cōmitto, is, per commettere, & fidare. Credo, is, per credere, a credere & fidare. Pando, is, per fare paleſe, & notificare. Mando, as, per commettere. Arrogo, as. Aſſumo, is, per attribuire & imputare á ſe ſteſſo. Retribuo, is, p rimeritare, & compenſare. Abnego, as, per negare giurando. Aſſero, is, p affermare. Cōparo, as. Cōfero, ers, per aſſomigliare. Memoro, as. Commemoro, as, per ricordare ad altri. Cōcilio, as, per cōciliare, & pacificare. Cōduplico, as, per raddoppiare. Concedo, is, per dare, & concedere. Commendo, as, p raccomādare. Mutuo, as. Commodo, as, per preſtare. Sed commodamus, quæ eadem reſtituūtur. Mutuamus cū alia pro alijs reddūtur, ut oleum, uinum. proda, is, per ſcoprire i ſe-

creti,

ereti,& tradire.Indico,as,per dimoſtrare. Declaro, as, per dichiarare.Demonſtro,as.Oſtẽdo,is,per dimoſtrare.Expli co,as,per ſpiegare,&dechiarare. Enucleo,as,per ſcorcolare & dichiarare. Dilucido,as,ꝑ aprire,& fare chiaro. Aperio, is,per aprire.Refero,per referire,& reportare. Inſero, is. per dare male.Vt inferre uulnus alicui,ferirlo.Narro,as,ꝑ narrare.Significo,as,per auiſare.Nũcio, as, per auiſare per huomo appoſta.Inhibeo,es.Prohibeo,es.Veto,as,per uieta re,& prohibire.Adhibeo,es,ꝑ mettere,& accoſtare.Predi-co,is,per dire auanti Edico, is,per comãdare,quod eſt ma-giſtratũ. Iubeo,es,ꝑ comãdare,q eſt æqualiũ. Impo, as,ꝑ comãdare.Sed eſt Imperatorũ.Præcipio,is,ꝑ comãdare,& dare documẽti.Nego as,ꝑ negare.Interdico,is,ꝑ interdire ſcõmunicare.Suadeo,es,ꝑ cõfortare a fare. Perſuadeo,es, ꝑ indurre a fare.Diſſuadeo,es,ꝑ ſcõfortare.Inuideo,es,ꝑ i-uidiare.Impono,is,ꝑ ponere ſopra.Addico,is, ꝑ deſtinare. Demulceo,es,ꝑ toccare piaceuolmente.Exprobo,as, ꝑ git tare a faccia, rifacciare.Impartio,is,ꝑ diſtribuire,& fare par te.Reddo,is. Reſtituo,is,ꝑ rendere.Sed reddimus nolẽs cu piẽtibus:ut ſeruũ dño.Reſtituimus uolẽtes,& cupiẽtes,vt ciuẽ patriæ,filium patri.Exhibeo,es,ꝑ dare. Dono, as, per donare.Dicimus dono tibi munus,& te munere. Date ali-cui literas ad aliquem,mandare lettere ad alcuno, per al-cun'altro:vt dedi literas Pet[illegible] Tu dabis mihi pœnas [illegible] tia,P[illegible] ſupplicium de te, uel abs te. I[illegible] patir la pena.Detrhao,is, ꝑ togliere, & [illegible]e.Dare literas ad te:eſt ſcribere ad te.Dare literas [illegible]ibi.ſ.ad perferendum.Reddere literas alicui, conſignarle. Reddo te doctum,ideſt facio.

QVARTVS Ordo actiuorũ cũ altero accuſatiuo eſt accuſatiuũ patientem.Io inſegno grãmatica alli miei ſcolari.Ego doceo grammaticam meos diſcipulos:& dicuntur uerba duplicis tranſitus.

Doue la coſa animata è patiẽte:l'altro accuſatiuo,poſteriore.

Doceo, es,cui,ctum, per inſegnare.
Dedoceo,es, per deſinſegnare.

Moneo,nes,nui,itum,
Admoneo,es per ammonire,& conſigliare.
Ora,oras,per pregare. Exoro,as,per impetrare.
Peto,is,petij,tũ. Flagito,as. Poſtulo, as. Poſco, is, Popoſco.s.s. per domandare.
Rogo,as, per domandare,& pregare.
Induo,is,dui, utum, per ueſtire.
Exuo,is, per ſpogliare.
Cingo,is,xi,ctum. per cingere.
Celo,as, per naſcondere.

Dicimus etiam celo tibi librum,& te libro.

Item hæc alia.

Calcio,as,per calzare. Suetonius uſus eſt, Calciare mulã ſine ſoleis ferreis,ferrare la mula.Succingo,is, p ſoccĩgere. Obſecro,as,p pregare per amor di Dio. Interrogo, as, per domandar coſe dubie.Peto,is,per chiedere di gratia. Sed cum ablatiuo in malam partẽ accipitur, ut petam gladio. Appeto,is, p deſiderare,& appetire. Sed appetimus cũ effectu,& qualicunque. Expetimus cũ ratione, & honeſtate tantum.Poſco,is, p domandare con ragione, & coſe debite.Expoſco,per chiedere con inſtantia. Expoſtulo,as, per dolerſi dell' ingiurie. Sed uerba pertinentia ad ornatũ corporis sũt ẽt quinti ordinis,ut induã te ueſtẽ,& ueſte.Exuit me cothurnis, & cot[illegible]os,mi haue ſcalzati li ſtiuali.
Verba petẽdi,& orandi ſunt etiam ſexti ordinis ut darem te poſcimus oẽs,& a te M.Curius tribunatum a Cæſare repetiuit.Veſtẽ alicui detrahere,ſpogliar la ueſte ad alcuno.

QVintus Ordo Actiuorum cum ſeptimo caſu poſt accuſatiuum patientẽ conſtruitur. Il mariolo m'ha rubbata la cappa.Latrunculus ſpoliauit me pallio, & dicunt, uerba capię,& inopiæ,uel materiale.

Al uolgare haue Con,de.

Spolio, as, per ſpogliare rubando.
Priuo as, per priuare.
Orbo as, per priuare de coſe care.
Alo is ali alitum, uel altum per nutrire.
Nutrio is iui itum,idem.

Educo

Educo	as educo is xi	ctum, per alleuare.
Onero	as	per caricare, & aggrauare.
Aggrauo	as,	per aggrauare.
Exonero	as,	per ſcaricare, & allegerire.
Leuo	as aui atum, per allegerire.	
Paſco	is paui, paſtũ, per paſcere.	
Tego	is xi ctum,	
Operio	is rui, opertũ, per coprire.	
Maculo	as,	
Fœdo	as,	
Poluo	is lui	utum,
Contamino,	as	per imbrattare, & macchiare.
Dito	as Locupleto, as, per arrichire.	

Item hæc alia.

Premo, is, ꝑ premere, & aggrauare. Veſtio is, per ueſtire. Impleo, es, ꝑ empiere, etiã cum genitiuo. Repleo, es, ꝑ riépiere. Expleo, es, ꝑ ſatiare. Imbuo, is, per intingere, & imbrattare. Vacuo, as. Euacuo, as, ꝑ uotare. Martialis uſus eſt hoc uerbo. Inficio, is, ꝑ tégere. Exhaurio, is, per uotare. Inſtruo, is, per ordinare, & mettere in põto di coſe inanimate. Corono, as, ꝑ incoronare. Dono, as. ꝑ donare. Munero, as, per donare & preſentare. Remunero, as, ꝑ rimunerare. Decoro, as. Orno, as. Exorno, as, ꝑ ornare, & honorare. Fraudo, as, ꝑ ingãnare, fraudare. Defraudo, as, idé. Doleo, es, ꝑ ſcancellare, & leuare uia in tutto. Expugno as, ꝑ uincere ꝑ forza. Oppugno, as, ꝑ dare la battaglia. Fulcio, is, ꝑ pũtellare. Fũdo, is, per ſpargere, & rouerſare. Figo, is, ꝑ ficcare. Afficco, is, ꝑ indurre, affettionare. Ille affecit me gaudio, dolore &c. Quello m'ha dato allegrezza, dolore. Inquino, as, ꝑ imbrattare Farcio, is, ꝑ inſaccare. Saturo, as, per ſatollare. Satio, as, per ſatiare. Lanio as, per tagliare a pezzi. Lacto, as, per lattare, dare la poppa, cizza. Lacteo, es, neutrum eſt, per poppare, zuzzar la cizza. Munio is, per fortificare. Firmo, as, per fermare. Illico, cis. Pelliceo, is, per allattare. Irrito, as, per irritare, & commouere ad ira. Iuuo, as, per giouare. Impugno, as, per impugnare. Inſtigo, as, per ſtimolare. Lacero, as, per ſtracciare. Pingo

F 2 is,

is,per dipingere.Sterno,is,per diſtendere,& ſpiegare.Spargo,is,per ſpargere.Sego,as,per mitigare.Vexo, as, per ſtimulare,& dare impaccio.Cooperio,is,per coprire.

Hæc poſſunt etiam eſſe tertij ordinis.

Spargo,onero,fungo,figo,ſterno,leuo,onero,exonero,necto, & iperſio,ut figo terrā haſta,&haſtā terræ.Cingo te armis, & tibi arma Aurea ſubnectēs exertę cingulą mãmæ.Virg.

Ago,is,per difendere,vt agere cauſam ſumma eloquētia.agere gratias,eſt verbis.Habere gratiā eſt aīæ, Referre gratiā, eſt meritis.Agimus pręcedēte,vt mulos.Ducimus volētes ſequi.Trahimus volētes.Inſtituo,is,p ammaeſtrare,Muto,as,per ſcābiare.Vt mutaui aureolū argēteis numis,ho cābiato vn ducato de carlini.Diluo,is,p lauare , & adacquare.vt dilue vinū multa aqua.Vellico,as, p pizzolare cōdit. Titillo,as,p tellecare.Palpo,as,p palpare,& carezzare col la mano.Vegeto,as,p iforzare.Conio,is,p adornare,polire.Amicio,is,p coprire.Imprimo,is, p pmere forte & ſtāpare.Operculo,as,p coperchiare.Accumulo,as,p accumulare,&accreſcere.Cōgero,is,idē, Augeo es, p accreſcere,

SExtus Ordo Actiuorum cum ablatiuo poſt accuſatiuum patiētem, Dio haue liberata la generatione humana dall'inferno, Deus eripuit genus humanū ab inferis & ſeparatiua dicuntur.

Audio,is,iui,itum,per vdire.Exaudio,is,per eſaudire.Auſculto, as,per ſcoltare. Intelligo, is,exi,ectum,per intendere, Exigo,is,egi,actum,per riſcotere.

Excito,as,per ſuegliare,deſtare.Diſco, is, didici,ſine ſupino, per imparare. Moueo,es.Remoueo,remoues,remoui,remotum,per rimouere.Amoueo,amoues,per dıſcoſtare.

Euello,is,euelli,& euulſi,ſum,per ſcippare,iſtirpare.

Diuido,is,ſi,ſum.Separo,as.Segrego,as.Scerno,is,ſecreui,tū, per ſpartire.

Haurio,is,hauſi,um,& ſtum, per tirare fuora, & intendere,
Traho,is,traxi,ctum, per tirare.
Pello,is,pepuli,lſum, per ſcacciare.
Rapio,is,pui,ptum, per togliere,& furare.
Pręripio,is,pui,pręreptum,per togliere innanzi.

Item

Item hæc alia.

Alieno,as,p alienare,& diſcoſtare. Auerto, is, per diſcoſtare. Somoueo,es,idem. Seiungo,per ſeparare,& ſpartire. Accerpio,is,per riceuere,& intendere. Recipio,is, per riceuere. Quæro,is,per domandare, & cercare. Eripio,is,per togliere,& liberare. Arceo,es,per diſcoſtare,rimouere. Aufero, rs,per togliere,& leuar uia. Abdico, as, per rimouere & priuare,ut abdicauit ſe magiſtratu, ha rinunciato l'ufficio. Abigo,is, per ſcacciare. Capio,is,per pigliare, coſe che ſi danno. Habeo,es,per hauere. Extirpo,as, per ſturpare. Eiicio,is,per gittar fuora. Explodo, is, per ſcacciare a ſuono de mani. Libero,as,per liberare. Soluo, is, per ſciogliere, ſquagliare,& pagare. Sumo,is, per pigliare di ſua uolontà. Conduco,is,per pigliare a pigione,& affitto. Impetro,as, per impetrare. Detorqueo,es,per torcere. Emo,is,per comperare. Redimo,is,per riſcattare. Deiicio, is. Præcipio, is, per gittare abbaſſo,& dirupare.

Quid intereſt inter Abigere,& Arcere? Abigimus uolucres, cum inſederent,ut abige muſcas,diſcaccia le moſche. Arcemus aliquē ne accedat:hinc abigeus,uel abactor, furator d'animali.

Quid intereſt inter Sumere,& Accipere? Sumimus, Accipimus ab altero dante.

Audio,& auſculto cū datiuo,obedire ſignāt,fare à mō d'altri.

Item recipio tibi,ideſt promitto.

Amoueo ſine d,per rimouere. Cum d, Admoueo,es,per accoſtare,approſſimare,& eſt tertij ordinis,ut Admoueo caput parieti,accoſto la teſta al muro.

SEPTIMVS Ordo actiuorum cum infinito,& cum caſu infiniti conſtruitur. Io deſidero imparare humanità. Cupio diſcere humanas literas,& Seruilia dicuntur.

Cupio, is, iui, itum, Deſidero,as, per deſiderare.
Spero, as, per ſperare. Diſperſo,as, per diſperare
Scio, is, per ſapere. Neſcio,is,iui,itū,per non ſapere
Debeo, es, ui itum. per deuere.
Volo, uis uolui per deuere.

Quamuis uolo potius ſit Neutrum. Debeo etiā eſt tertij ordi

nis,per eſſer debitore tenuto,obligato, ut mihi debes.

Nota Timeo,& metuo cum accuſatiuo,ut Timeo tyrannum, tãquam inimicum.Cum datiuo ſignificat ueteri, nequid mali accidat, ut timeo tibi à tyranno. Timeo filio morbum gallicum à meretrice , ho paura che non venga il „ male Franceſe a mio figliuolo per cauſa della meretri-„ ce,Faſtidio,is,per hauer in faſtidio, o diſpregiare. Dunque ſe ſi dirà la lunga lettione mi faſtidia.dirai uerſo ordine , ego faſtidio longàm lectionem, uel longa lectio eſt mihi „ faſtidio,uel eſt mihi moleſta.

Coſi Moleſtè ferò.rs,per hauer rincreſcimento . Mi rincreſce la ſcola.Ægrefero ludum literalium, uel mihi diſplicet ludus literarius,uel mihi moleſtus eſt. Alla ſcola non capeno cento ſcolari,Gymnaſium non capit centum diſcipulos,uel non eſt capax centum diſcipulorum. Locus in Nominatiuo ponitur.

DE PASSIVORVM VERBORVM SINTAXI.

QVID eſt uerbum paſſiuum? eſt quod in or, deſinens ab Actiuo formatur,ut amo,addita r,fit amor.Cõſtruitur cum nominatiuo patiente,poſt ſe cum ablatiuo agente.Li poueri ſi nutriſcon da Dio : Pauperes nutriuntur à Deo.Caſus poſterior non mutatur, & tot ſunt paſſiua , quot actiua,a quibus formantur.

Amor,aris,atus ſum.	per eſſer amato.
Accuſor,aris,atus ſum,	per eſſer accuſato.
Daris,uel dare,datus ſum.	per eſſer dato.
Donor,aris,atus ſum,	per eſſer donato.
Doceor,eris,doctus ſum,	per eſſere inſegnato.
Priuor,aris,atus ſum,	per eſſer priuato.
Auditor,iris,itus ſum,	per eſſer udito.

Virgilius debet ediſci ad uerbum a pueris , Virgilio ſi deue imparare a mente parola per parola da fanciullo, doue l'infinito ſi fa paſſiuo.

Nota queſti uolgari.A te è ſtata inſegnata buona grammatica dal tuo maeſtro. Tu doctus es bonam grammaticam a tuo præceptore.La perſona cioè la coſa animata, in doceo,

ceo, & altri della quarta regola ſi pone in Ntõ patiente. A me è ſtato priuato il beneficio. Priuatus ſum ſacerdotio. A te pare che Frãceſco è dotto. Frãciſcus videt̃ tibi doctus. Si dice che l'Imperatore è ſanto. Cæſar dicitur eſſe ſanctus. A uoi ſi comandano buoni coſtumi. Vos iubemini bonos mores, uel boni mores iubẽtur uobis. A te è ſtata cõſigliata la uerità. Tua ſuaſus es ueritatẽ, uel tibi ſuaſa ẽ ueritas.

Appendix.

Tutti i parlari che ſi fanno ꝑ gli Attiui, ſi poſſono fare ꝑ li paſſiui, & coſi ꝑ il cõtrario, mutãdo ſolamẽte l'agente, & il patiẽte, gli altri caſi poſteriori, nõ ſi mutano, ſe adunque volete mutare un parlare da Attiuo in paſſiuo. Il patiẽte ſia anco patiẽte, & l'agẽte caſo ſimilmẽte agẽte, cioè fate che l'accuſatiuo patiẽte diuẽti nominatiuo, el nominatiuo agẽte ablatiuo cõ la ꝓpoſitione che ſi gli cõuiene, alle volte il datiuo, ꝑ l'ablatiuo, il uerbo ſia nel medeſimo tẽpo, & modo. come è, Bruto liberò la patria: Brutus patriã liberauit. Pel paſſiuo, a Bruto patria liberata eſt. Epicuro diſꝓzzò la logica, Dialecticã cõtẽpſi. Epicur⁹ Dialecticã ab Epicuro cõtẽpta ẽ. Il maeſtro riprẽde li ſcolari di pigritia. Magiſter reprehendit diſcipulos pigritiæ. Voi lo cõdẽnaſte della uita; Eũ uos capite damnaſtis. Is a vobis capite damnatus eſt. Mio padre m'ha ſcritto due lettere. Pater ſcripſit mihi binas litteras. A patre binæ litteræ ſcriptę sũt mihi. Dioniſio cauò una cappa d'oro a Gioue. Dionyſius Ioui aureũ attraxit amiculũ. A Dionyſio Ioui aureũ amiculũ detractũ ẽ. Il Repetitore inſegna li primi principij a figliuoli principianti. Hypodidaſcalus docet prima elementa pueros tyrunculos. Ab Hypodidaſcalo pueri tirunculi docẽtur prima elemẽta. Coloro mi domandauano con inſtãza il frumẽto. Illi me frumẽtum flagitabant. Ego ab illis frumentũ flagitabat. Tutti pregauano la pace a Dio, Omnes orabant pacẽ Deũ. Ab omnibus Deus orabantur pacẽ. Chiama la coſa per ſuo nome. Appellarem ſuo nomine. Appelletur res ſuo nomine. Voi priuaſte Ser. Sulpitio della vita, Vos Ser. Sulpitiũ uita priuaſtis. A uobis Ser. Sulpitius uita priuatus eſt.. Noi haueuamo comperato dugẽto iugeri da

Marco Pilio. Nos emimus ducenta iugera de Marcō Pilio. a nobis empta ſunt ducenta iugera de Marco Pilio. Tu hai udito utili documenti da tuo padre. Tu audiſti utilia documenta à patre tuo, à te utilia documenta audita ſunt à patre tuo. Li ricchi deueno giouare gli amici con ſue richezze. Diuites debent iuuare amicos diuitijs ſuis. Amici debēt iuuare à diuitibus ſuis diuitijs. Virgilio ſi deue dichiarare da huomo dotto. Virgilius debet declarari à uiro docto.

DE VERBIS VOCATIVIS.

VOCATIVA Verba cum duobus nominatiuis, ut uocor Aloiſius, tu appellaris Sergius, & ſunt hęc. Vocor, aris, atus. Appellor, aris. Nominor, aris. Nuncupor, aris, per eſſere chiamato.

Dicor, eris, dictus, ſum,	per eſſere detto.
Iudicor, aris. Exiſtimor, aris,	per eſſere giudicato.
Habeor, eris, habitus ſum,	per eſſer tenuto, ſtimato.
Credor, eris, itus ſum,	per eſſere creſo.
Videor, eris, uiſus ſum,	per apparere, & eſſer uiſto.

La perſona, o coſa che pare ī nominatiuo, che ti pare de miei libretti. Quid tibi uidentur mei libelli. Mi pare di uedere quello giorno. Videor uidere illum diem. M'ha parſo che Liuia habbia parlato. Liuia mihi uiſa eſt locuta eſſe. Quàndo ſignifica piacere, ò giudicare col datiuo. Coſi ha piacciuto a tutti. Ita omnibus uiſum eſt. Alle uolte ſi propōgono uolgari fallaci. Com'è Tu empi l'acqua alla lancella. Tu imples lagœnam aqua. Il mullatiero carica la ſoma al mulo. Mulio onerat mulum ſarcina. Al Papa ſi domāda la pace. Pontifex Maximus poſcitur pacem. Al Turco ſarāno priuati tutti i regni. Turca priuabitur omnibus regnis. Da Dio molte coſe ſono ſtate comandate à noi. Nos à Deo multa iuſſi ſumus, ſubauditur enim uel facere, uel quia Iubeor paſſiuum migrat in naturam uerborum duplicis trāſitus, uel multa iuſſa ſunt nobis à Deo per tertium ordinē. Sic etiam ſuadeor & perſuadeor, ut ſuaſit, ſed non perſuaſit auditoribus. Suaſi, ſed non perſuaſi ſunt auditores, ſono ſtati conſigliati gli auditori, non indutti a fare.

DE

SINTAXI.

VErbvm Neutrum eſt, quod in O, finiens, nec eſt Acti uum, nec Paſſiuum. Primus ordo Neutrorũ cũ nominatiuo à frõte, & a tergo. Tutti noi ſiamo meſchini. Omnes miſeri ſumus, & dicuntur ſimilium copulatiua, quãdo l'adiettiuo dopo ſi riferiſce al precedente caſo. Sunt etiam quędam in i, ut Nemini, in um, ut ſum, cum compoſitis.

Exiſto, is, extiti, Appareo, es, rui, itum, per apparere.
Eua, is, euaſi, ſum, per deuentare.
Fio, fis, factus ſum, per eſſer fatto.
Sedeo, es, ſedi, ſſum, uer ſedere.
Dormio, is, iui, itum, per dormire.
Volo, as, aui, atum, per uolare.
Incedo, is, ſſi, ſum, per caminar con grauità.
Sum, es, eſt, per eſſere. Cum genitiuo etiam.

Queſte regole ſono del Sidicino, & non del Sergio. Hæc regulę ſunt Sidicini, nõ aũt Sergij. Cum ſeptimo caſu, uel genitiuo, ſi habitum ſignificat, ut Cicero fuit magna eloquentia, uel eloquentię. Cum datiuo ſi habere ſignificat. Tu hai potentia. Sunt tibi opes. Cum duobus datiuis. Queſta coſa ti darà grande infamia. Hęc res erit tibi magnæ infamiæ. Eruditio erit tibi honori, & emolumento. Il ſapere ti darà honore, & utilità.

Compoſita a ſubſtantiuo uerbo Sum, es, eſt, ferè ſemper adiũguntur datiuo. ut Sidicino magna ineſt doctrina, & sũt hęc.

Interſum, es, fui. s. s. per eſſere præſente. Obſum, es, per nuocere. Proſum, es, per giouare Pręſum, es, per ſopraſtare, & eſſer capo. Adſum, es, per eſſere appreſſo. Abſum, es, p potere. Inſum, es, per eſſere dentro. Subſum, es, per eſſere ſotto. Superſum, es, per reſtare. Interſum, es, uariè cõſtruitur. Inter me, & te plurimum intereſt, è grande differenza tra me, & te. Ab agro ad urbem interſunt centum paſſus, dal campo alla città ſono cẽto paſſi: ò il campo è lontano dalla città cento paſſi. Vbi ſpacium ponitur in nominatiuo. Vera à falſis multum interſunt.

SE-

SEcundus Ordo neutrorum cum ſeptimo caſu à tergo, Tu ſi ſenza colpa, Tu vacas culpa. Et dicuntur verba copiæ vel inopię. Vaco,as,per eſſer ſenza.

Careo,es,rui,itum, & ſſum, per eſſere ſenza,& mancare.

Abundo, as. Affluo,is, xi,xum. Redeundo,as,per abundare. Scateo,es,tui,idem.

Egeo,es,egui s.s. Indiguo,es,gui, per hauere dibiſogno. cum genitiuo etiam. Se ſi diceſſe. Io te abunderò di ſcientia. fit per augeo. Augebo te ſcientia.

Satago,is,egi s.s. p eſſere curioſo. Ille ſuarũ rerũ ſatagit, q̃llo ha che far delle coſe ſue,ò ſta occupato nelle coſe ſue. Meminiſti, p ricordarſi & fare mẽtione. Io mi ricordo del tẽpo paſſato. Memini tpis p̃teriti, uł tp̃s p̃teritũ. Tù farai mẽtione di tutti. Tu memineris oĩum,& de oĩb. Abſtineo, es, p aſtenerſi, ut abſtineo bonis alienis, ẽt cũ accuſatiuo, ut abſtinere manus ab alienis pecunijs. Certo q̃ſto nõ ha febre, & ſta bene. Hic planè febre caret,& ſe bene habet. Fæcũdo,as. Actiuũ eſt, far fertile, abondante, vt nix fæcundat agros.

TErtius Ordo neutrorum cum datiuo a tergo. Tu fai bene a chi ti fa diſpiacere. Benefacias male merenti, & acquiſitiua dicuntur.

Seruio,is,iui,itum, per ſeruire.

Inſeruio,is, per compiacere,& fare ſeruitio,& piacere.

Obedio,is,iui,itum. Auſculto,as. Pareo, es, rui, itum, per obedire. Obtempero,as,idem,& compiacere.

Placeo,es,cui,itum, per piacere.

Diſpliceo,es, per diſpiacere.

Noceo,es, per diſpiacere.

Noceo,es,cui,itum. Obuſum,es,fui.s.s. per nuocere.

Officio,is,offeci,offectum, idem,& per fare male.

Faueo,es,faui,fautum. Aſpiro,as, per fauorire.

Inuigilo,as,aui,atum. Incumbo,is,bui,itum.

Vaco,as. Do operam, per attendere,

Aſſurgo,is,exi,ectum, per alzarſi a far honore.

Maledico,is,xi,ctum. Obtrecto,as, per dire male.

Benedico,is,xi,ctum. per dir bene.

Occurro,is,ri,ſum. Obuiam eo, uel fio, per incontrarſi.

Fido,

Fido,is.Confido,is, confixus ſum per confidarſi.
Diffido,is,ſus,ſum, per diffidarſi.
Parco,is,peperci,parſum, per perdonare.

Ma s'haue il caſo patiente,ſi fa per Condono , as. Remitto, is,ſi,ſum.Perdonami queſta colpa. Condona mihi hanc culpam,uel omitte,uel miſſam fac.

Item hæc alia.

Caueo,es,per guardarſi , ut caue tibi ab illo , Guardati da quello. Io ti darò ſecurtà, piegeria.Ego tibi cauebo,etiã cum accuſatiuo,per fuggire.ut omnia cauebo , tutte coſe fuggerò,Conſulo,is,per prouedere, & remediare. Studeo es,per ſtudiare,fauorire,& sforzarſi. Hæreo,es , Adhæreo , es,per accoſtarſi.Admoueo ,es, actiuũ eſt. Appropinquo as,p approſſimarſi, ò appropinquarſi. Lateo es,per eſſer naſcoſo,naſconderſi:ſed frequentius cũ accuſatiuo,ut nihil latet Deum,nulla coſa e naſcoſa à Dio.Ignoſco,is,p per donare. Ignoſce mihi,perdonami, habbimi per ſcuſato : etiam cũ accuſatiuo,ut ignoſcere peccatũ , & facimus alicui,hoc eſt alicuius peccatum præterire.Cicero pro Murena. Indulgeo,indulges, per concedere largamente,& accarezzare.Cedo,is,per dare luogo. Aſſentio,is , per conſentire.Succurro,is,per ſoccorrere, & uenire à mente. Proficio is,per fare ꝓfitto,& frutto.Hoc mihi proficit , queſto mi fa giouamẽte,utilità.Puer aliquid proficit in literis , fa profitto un poco in lettere.Hæc ꝓceptio ꝓficit ad uirtutẽ,queſta regola gioua alla uirtù.Deficio,is,per mancare , et cum accuſatiuo:Tẽpus te citius, quàm oratio deficeret. Benefacio,is,per far bene.Pręſideo es,per eſſer ꝓpoſto. Malefacio,is,p far male.Satisfacio is,per ſatisfare. Deſeruio is , per molto ſeruire.Subſeruio is,per ſeruire freddamente,& cõpiacere.Supplico as,per ſupplicare, cioè pregare humilmente.Succũbo is,per cedere,& laſciarſi uincere.Inſto as , per ſollicitare,& fare inſtanza.Aſſueſco is , per aſſuefarſi. Aſto,as,per ſtare uicino,& pronto.Aſſideo , es, per ſedere uicino.Annuo is,per acconſentire,& far cenno di ſi. Abnuo is.per negare,& far cenno di no. Innuo is,per renouare,

Meto, is,ſſui,ſum. per mietere.
Verro, is,verri,verſum, per ſcopare.
Vanno, as, per criuelare, & vagliare.
Incerno, is,increui,etum per cernere.
Purgo, as, Mundo, as, per nettare.
Edo is,vel es,edi,eſum. Comedo,is,p mangiare.
Stercoro, as.Lætifico,as.Fermento. as, per alletamare,& ingraſſare i campi.
Sicco, as, per aſſucare,& ſeccare.
Poto, as.Bibo,is,bibi,itum, per bere.
Guſto,as,per guſtar.Preguſto,as, per fare la credenza.
Acuo, is,acui,utum, p affilare,& aguzzare.
Deſpumo,as,per ſcamare.Deſquamo,as,per ſcardare,ſcagliare.Olifacio,is,eci,actum, per odorare.
Neo,es,neui,etum,per filare.Glomero, as, per aglomerare, & annaſpare.Aſſo,as.Torreo,es,rui,ſtum,per arroſtire.

Item hæc alia.

Planto,as,per piantare.Supplanto,as,per mettere l'ancharella,ò il piede innanzi.Poto,potas,per potare gli arbori.Sarrio,is,per ſarchiare,ò mondare.Runco,as. Erunco,as, per roncare,o mondare l'herbe.Sitio,is,per hauere ſete,& deſiderare.Aedifico,as,p edificare,& murare.Struo,ſtruis.Cōſtruo,is,per murare. Seco,as,per ſegare. Propago,as, per propaginare,o ricolcare le viti.Sępio,is,per fare ſiepe intorno.Solco,as,p ſolcare.Cōdio,is,per cōdire,o fare ſaporito. Exaro as,per ſcriuere,& copiare.Habito,as, per habitare. Fęnero,as,per preſtare ad uſura.Iuro,as,per giurare.Deiero,as, per giurare ſantamente. Periuro,as, per giurare in falſo,& ſpergiurare.Periuro,periuras,idem.Volo,uis, per uolere.Nolo,nō vis,per non volere.Oleo,es,per dare odore,vt cubiculò olet roſas.Delibero,deliberas,p deliberare. Decerno, is,ibidem.Sed de magnis rebus. Euado, is, per ſcampare.Sono,as,per ſonare,ò ribombare. Reſono, as,p reſonare Pulſo,as, p battere,& ſonare,ut ille pulſat citharam.Nos canimus cymbalo, noi ſonamo il cimbalo. Non dicerem ſono campana, uel fidibus. Sed pulſo campanā & fides,uel cano fidibus,Io ſuono la viola.Vox hominem

ſonat,

ſonat,la uoce dimoſtra eſſer huomo.Statuo ſtatuis,p ſtatuire,& ordinare.Icto,ictas,p fare collatione. Hoc ictacu lũ,la collatione, ante prãdiũ.Prãdeo,es,p deſinare.Cęno, as,p cenare.Antecęno,as,p merẽdare. Hæc merẽda,æ,la merẽda.Ligurio,guris,p leccheggiare,o mãgiare morzetti delicati.Mãdo,is,Cõficio,is,p maſticare.Exedo, is, p deuorare,cõſumare.Voro,as,Deuoro,as,p diuorare. Ingurgito,as,p diuorare,& ĩghiottire.Obſono,obſonas.obſonor, aris,p cõperare cõpanatico.Cõcoquo,is,p paidire.Digero, is,idẽ,& mettere ĩ ordine.Egero,is,p cacciar fuora.Sorbeo, ſorbes,p ĩghiottire.Sibillo,as,p ĩg hiottire a poco a poco. Abſorbeo,es,idẽ,Coq̃o,is,p cuocere.Decoquo,is,p paidire,& fallire.Meio,is,p piſciare,vrinare.Excerno,is,p andare del corpo.Aluũ deijcere,idẽ.Caco,as,p cacare, Vomo, is,p vomitare.Spuo,is.Expuo,is,p ſputare.Emũgo,is,p ſoffiarſi il naſo.Cõdo,is,p edificare.Cudo,is,p martellare.Dolo,as,p dolare,& aſciare.Exaſcio,as,idẽ.Leuigo,as,p appianar legni.Texo is.Retexo is,p teſſere.Exſibilo,as,p fiſchiare.Suo,is,p cuſire.Diſſuo,is,p diſcoſire.Sarcio,is,p ſarcire, riſare.Reſarcio,is,p riſarcire,repezzare.Inuerto,is,p inuerſare,riuoltare.Inuetero,as,p ĩuecchiare.Implico,as,p auiluppare,ĩpiciare.Impedio,is,p ĩpedire.Explico,as,p ſuiluppare,aſplicare.Puto, as,p putare, & pẽſare.Amputo,as,p mozzare.Plãgo,is,p pcuore.Sarco,as, p ſputare raſcãdo. Sapio,ſapis,per hauer ſapore,per ſapere.ut caſcus ſapit ſalem,il caſo ſa di ſale.Subigo,ſubigis, per ammaſſare il pane.Perforo,perforas,p forare,ptugiare.Fodio,is,per zappare.Excutio, is,per ſcuotere,ſcognare.Eradico,as,per diſradicare,eſtirpare. Vindemio,as, per uindemiare. Recondo, is,per imbottare.Diffundo,is,per tramutare il vino.Decortico,decorticas,p ſcorticare,ſcorzare.Plinius.Deglubo,is, idẽ.Rigo,as.Irrigo,as,per adacquare.Exrẽtero,as, per ſuẽtrare.Subcerno,is.Incerno,is,per cernere.Proſcindo,is,p rõpere la terra la prima volta.Offringo, is, per trauerſare, cioè per trauerſo arare. Occo,as,per rõpere li peſchi,zolle.Ablaqueo,as,per diſcalzare gli arbori. Pungo,as, p annettare.Frigo,is,per frigere.Mollio,is.Macero,as, per ammollare,

mollare. Sorbeo, ſorbes, per inghiottire.

QVintus Ordo Neutrorum cum nominatiuo patiente a fronte & ſeptimo caſu a tergo. Io m'allegro della tua ſanità. Gaudeo tua incolumitate, & affectiua, uel Effectiua dicuntur, che ſignificano paſſione d'animo ò effetto.

Gaudeo, es, uiſus, ſum, per allegrarſi.
Letifico, as, Actiuum.
Mæreo, es, meſtus, ſum. per attriſtarſi.
Conturbo, as. Affligo, is, per attriſtare.

Caleo, es, calui. s. s. p eſſer caldo. Caleſco, is, farſi caldo. Callo, es, p ſapere molto bene, & fare il callo. Man⁹ mihi occaluerũt, le mani mi hãno fatto il callo. Qua mulier calles? di che dõna ſtai innamorato? Calefacio, is, Actiuum.

Rubeo, es, bui. s. s. per eſſer roſſo. Rubeſco, is, per arroſſirſi, o farſi roſſo. Inijcere ruborem alicui, far arroſſire.

Nigreo, es, grui. s. s. per eſſer negro. Nigreſco, is. per farſi nero. Cicero tamen dixit niger fio. Denigro, as, per nero. Actiuum.

Vireo, es, rui. s. s. per eſſer uerde. Vireſco, is. per farſi uerde. Madeo, es, dui. Madeſco. is. per bagnarſi. Madefacio, is. Perfundo, is. per bagnare.

Frigeo, es, frixi. per eſſer freddo. Frigeſco, is, p farſi freddo. Refrigero, as, per raſtredare.

Stupeo, es, pui. s. s. per eſſer sbigottito. Stupeſco is, per ſtupirſi. Stupefacio, is. per ſtupire.

Latteo. es, tui, per eſſer caſcato. Cælo, cælas, Actiuũ. Tumeo. es, mui. s. s. per eſſer gonfio. Tumeſco, is, per gonfiarſi. Tumefacio, is. Influo, as, per gonfiare. Niteo, es, tui. s. s. per ſplẽdere, & eſſere graſſo. Niteſco, is per farſi ſplendẽte, & graſſo. Sagino, ſaginas, per ingraſſare. Maceo, maces, macui, per eſſer magro.

Maceſco, is, eer farſi magro.
Extabeſco, is, extabui, idem. Extenuo, as.
Macio, conficio, per far magro. Actiua.
Palleo, es, lui, per eſſer pallido. Palleſco, is, per farſi pallido.
Areo, es, rui. s. s. per eſſer ſecco. Areſco, is, per ſeccarſi. Sicco, as. Aduro, is, aduſſi, per ſeccare.

Ægro-

Aegroto,as,aui,atum, per ammalarſi del corpo.
Conualeo,uales,lui,itum, per guarire,riſanarſi.
Conualeſco,is,lui, per farſi ſano.
Doleo,es,lui,itum, per dolerſi. Item hęc alia.

Valeo,uales,Beneualeo,beneuales,per ſtare ſano. Albeo,bes, per eſſere bianco. Albeſco,albeſcis,per farſi bianco. Albente cælo,nel far del giorno. Tepeo,tepes,per eſſere tepido. Tepediſco,tepeſcis,per farſi tepido. Floreo,flores, ꝑ eſſere fiorito. Floreſco,floreſcis,ꝑ farſi fiorito. Vigeo, uiges, ꝑ uigoreggiare. Pingueſco,is,per farſi graſſo. Pingueo, es, nondũ legi. Agreo,es. Agreſco,is,per amalarſi d'animo. Splendeo,ſplendes. Splēdeſco,is,per riſplēdere. Palleo,es,idem. Ferueo,ferues,ferui,uel ferbui,per bollire. Ferueſco,is,per farſi piu bollito. Cōglacio,as, per guagliarſi, aggelarſi, agghiacciare. Congelo,as. Coco,eis idem. Liqueo,es. Liqueſco,es. Liquefio,is,per ſquagliarſi, farſi liquido,molle. Luceo,es. Luceſco,is,ꝑ riluceré. Torpeo,es. Torpeſco,is, per impoltronirſi,& eſſer pigro. Langueo,es. Langueſco,is, per eſſere fiacco. Pereo,is,per mourre. Intereo,is. Obeo,is Oppeto,is,idem. Labaſco, is per caſcare tuttauia. Turgeo,es, per gōfiarſi Exulto,as,per ſtare lieto,far feſta, geſtu corporis. Vlulo, vlulas,per urlare. Eiulo,eiulas,ꝑ piāgere, urlando,eſt mulierum. Gemo,gemis,ꝑ gemere. Horreo,es. Horreſco,is,per tremare,& inaſprirſi. Rigeo, riges. Rigeſco, is, per aggricciarſi,eſſer duro. Ardeo,ardes, ꝑ abbruſciare,ardere. Spumo,as,per far la ſpiuma. Flagro,as,per ardere: ut odio,amore. Deferueo,es,per ceſſare di bollire, Æſtuo,as, per hauer caldo. Frondeo,es. Frondeſco,is,per frondeggiare. Putreo,es. Putreſco,is,per putrefarſi. Tabeſco,is,per intiſichire. Superbo,is,per inſuperbire. Proper. Inſoleſco, is. Cic. Lateo es,cum accuſatiuo. ut nulla res latet Deum,nulla coſa è naſcoſa a Dio. Sic etiam mulier canet capillos,ruber faciem Poeticè,haue li capelli bianchi,& la faccia roſſa. Doleo uicem tuam,mi doglio della tua ſciagura: cum ad corpus refertur cum datiuo, ut dolent mihi dentes. De tuis ærumnis doleo,mi doglio de tuoi trauagli. Matureſco, is,per maturarſi. Cicero tamen dixit. Maturitatem uenire.

Nota

Nota hęc. L'acqua più riſcalda le mani, Aqua caleſcunt manus. Li uenti fanno la terra molto fredda, Ventis terra frigeſcit. Il gran caldo fa cocente il mare, Feruet æſtu pelagus, ęſtu eſt ablatiuus agens: cioè quello che fa queſto effetto. Quãdoque cũ præpoſitione, ut cor caleſcit à ſanguine. Mare collucet à ſole, il Mare piglia la ſua luce dal Sole. Cice.

La faccia tua m'allegra. Ego gaudeo facie tua, uel facies tua me lætificat, exhilarat, per actiuũ. Tu hai igraſſato il tuo cauallo d'orgio. Saginauiſti, uel diſtendiſti equum tuum ordeo. La borea ſecca gli arbori, Borea arēt arbores, uł Borea arbores exurit, torret, exiccat. Arefacio, boni abſtinuerunt.

SEXTVS Ordo Neutrorum cum nominatiuo patiēte à fronte, & ablatiuo agente à tergo more Paſſiuorũ. Li ſcolari ſono battuti dal Maeſtro. Diſcipuli uapulāt à Magiſtro, & Neutro paſſiua dicũt, & plerũq; abſolute ponunt.

Vapulo, as, per eſſer battuto.
Exu,o, as, per eſſer bandito, & ſtare in eſſilio.
Liceo, es, cui, per eſſer apprezzato, & incantarſi.
Venio, is, ueniui, uenum, per eſſer uenduto.
Nubo, is, pſi, uel nuptus ſum, per eſſer maritato.
Colloco, as. Actiuum eſt.

Nubo, & Exulo, nõ hanno ablatiuo animato com'è. Da te è ſtata maritata tua figliuola. A te collata eſt tua filia: uel nuptam data, uel data eſt matrimonium. Non autem à te nupſit filia. Dicimus tamen puella nupſit ſeni, & cum ſene. Tu ſi ſtato sbandito, ò confinato dal Regente, Tu relegat⁹ es, uel eiectus es in exilium è præfecto prætorio.

Liceo, es, per incantarſi, ò per uenderſi all'incanto, ut ſeru⁹ licuit a me parto. Sed licere eſt emptoris, alzando il prezzo. Aeſtimare, & Indicare eſt uenditoris. Liceor eris. Deponēs & licitor, aris, per apprezzare, cioè alzare il prezzo. Hinc polliceor, ideſt ſponte promitto. Se ſi ponea l'inquiſitione io hauria uenduto le mie robbe all'incanto. Si decernebatur inquiſitio, bona mea ſubieciſſem uoci pconis, uel bonorum meorum auctionē feciſſem. Ille exulat, Capreis, q̃llo ſtà in eſilio in Capra. Multi exulāt à regno, molti ſono cõfinati dal Regno. Hic uenit a te, antequam uenit Romã. Queſto è ſtato uenduto da te, innanzi ch'è uenuto a Roma.

ma. Vapulare fuſtibus, uel ſermone ab aliquo, eſſere battu to con baſtoni, ò con parole.

HÆc etiam appellantur Neutra paſſiua, quia habent p̄terita paſſiuis ſimilia, & uarie conſtruuntur. Fio, fis, factus ſum, p eſſere fatto. Fido, fis, fiſus ſum. Cõfido, is, ſus ſum, p cõfidarſi. Soleo, es, itus, ſum, per eſſere ſolito. Audeo, es, ſum, per hauer audacia, ardire, cum infinito, uel cũ accuſatiuo, ut tantum facinus auſi eſtis? ſcilicet facere.

Quædam etiam uerba in uoce actiua ſignificat paſſionem, ut Lauo, as. Præcipito, as. Inſinuo, as, ut mulier nondum lauit, non anchora s'è lauata.

SEPTIMVS Ordo Neutrorum à tergo nullum caſum regit ſine officio congruæ præpoſitionis, ut eo ad forum. Tu redis à ſylua. Ille cucurrit per nemora. Nos pugnauimus cum ferris. Abſoluta, ideſt perfecta dicuntur.

Eo, is, iui, itum, per andare. Ambulo, Ambulas, per andare, & ſpaſſeggiare. Deãbulo, as, per ſpaſſeggiare, andar al ſpaſſo.

Volito, as, per ſpaſſeggiare. Curro, is, cucurri, ſum, per correre. Pergo, is, perrexi, ectum, per andare, & perſeuerare. Tendo, is, tetendi, tentum, & teſum, per andare dritto. Peto, is. per andare, cum accuſatiuo.

Tranſeo, is, iui, itum, per paſſare. Cum accuſatiuo, ut tranſiui Hiſpaniam, ho paſſata la Spagna. Iter facere, per paſſare.

Diſcedo, is, ſſi, ſum. Abeo, is, abij, abitum, per partirſi.

Venio, is, ueni, uentum, per uenire.

Aduenio, uenis, per arriuare.

Redeo, is, redij, itum.

Reuertor, is, rti, ſuum. Remeo, as, per ritornare.

Exeo, is, exij, itum, per uſcire.

Introeo, is, iui, itum, per entrare.

Hyberno, as, per fare il uerno. Æſtiuo, as, per fare l'eſtate.

Cubo, as, bui, itum, per colcarſi. Iaceo, es, cui, per giacere.

Quieſco, is, eui, etum, per riposarſi.

Dormio, is, iui, itum per dormire.

Surgo, is, exi, ctum, per alzarſi.

Pugno, as, certo, as. Dimico, as, per combattere.

Ludo, is, ſi, ſum, per giocare.

Proficio, is, eci, ctum, per far profitto.

Feſti-

Feſtino,as,aui,atum.
Propero,as,per affrettarſi,andare all'impreſa.
Laboro,as,aui atum,per affatificarſi.Ille laborat ex febre, ex tuſſi,ha la febre.& la toſſe.

Item hæc alia.

Accedo,is,p auicinarſi,approſſimarſi.Migro,as, Commigro, as,p andare ad habitare.Remigro,as, p ritornare ad habitare.Sto,ſtas,p ſtare i piedi.Sedeo,ſedes,per ſedere.Ruo, ruis,per andare in ruina.Salto,ſaltas,per ſaltare. Accumbo,accũbis.Diſcũbo,diſcũbis,per ſedere a tauola,& mangiare..Excubo,as,per fare la guardia.Secubo,as per dormire appartato.Concubo,as,& cõcubo,is,p dormire inſie me.Conſiſto,is,per ſtare fermo.Deſiſto,is,per ceſſare. Reſto,as,per reſtare.Remaneo,es,p remanere. Cado, is, per cadere.No,as.Nato,as,per natare.Nauigo,gas,per nauigare.Emergo,is, per uſcir fuora natando ſcampare . Mano, as,per uſcir abondantemente.Sudo,ſudas,per ſudare. Inſudo,as,p affaticarſi.Pendeo,pendes,per pendere.Contẽdo,is,per contraſtare.Salio, ſalis,per ſaltare. Exilio,is,per ſaltar fuora.Deſilio,is,per ſaltar giu.Proſilio,ſilis, p ſaltare oltre.Tranſilio,is,idem.Deliro,as,per deuiar dal dritto.Inſanio, is,per impazzire, rimbãbire.Deſipio,deſipis,p eſſer matto.Vigilo,vigilas,per uigilare.Titubo; as,per du bitare,uacillare. Vacillo,uacillas,idẽ.Labo,as,per traſcorrere.Hio,hias, per aprir la bocca.Hiſco,is,idem.Dehiſco, is,per aprir forte.Triumpho,as,per trionfare . Spiro, as. per ſpirare. Reſpiro,as,per rifiatare . Suſpiro,as,per ſoſpirare.Vſu uenire, p accadere. Equito,as,per caualcare. Erro,as,per andare ſperto,errare.incido,is,p accadere, incorrere.Incurro,is,idẽ,Secedo,is.Recedo,is,per appartarſi.Decedo,is,per ſcanſarſi.Diſto,as.Abeo,is,per eſſer lontano.Tu aberas Neap.itinere unius diei,bidui,tridui.Deſideo,es,per ſedere ocioſo. Eſurio,uris,per morirſe di fame.Alterco,as,p fare coſtione.Sterto,is,p rõfiare. Sternuto,as,p ſternutare.Crepo,as,per creparſi.Ille medius crepuit,quello è crepato per mezo. Elido,is, per crepare . Actiuum eſt. Diſcrepo,as,per diſcordare, Crepito, as, per ſcoppare. Trano,as,per paſſare natando . Tranſmit-

to,is,per paſſare,ut montes, flumina. Tuſſio,is, p tuſſire. Hinnio,is,per annitrire. Sibilo,as,per fiſcare. Latro,as, per abbaiare. Garrio,is,per garrire,cioè parlare ſcioccamente. Occubo,as,per giacere col volto in giu. Recubo, as,p giacere col uolto in ſu. Milito,as,p ſtar al ſoldo. Sileo,es,per tacere uolto in ſu. Milito,as,p ſtar al ſoldo. Sileo,es,per tacere. Litigo, as, per piatire. Sunt tamen quædam Neutra, quæ habent accuſatiuum cognatæ ſignificationis, ut dormire ſomnum Epimenidis. Edormire crapulam. Saltare tripudium. Viuere uitam duram. Pugnare pugnam infœlicem. Decurrere ſpatium. Ire inficias. Nauare operam,i. incumbere. Seruire ſeruitutem. Gaudere gaudia. Natus eſt decem annos.i.habet. Nauigare equor &c.

SVnt quędam Neutra defectiua exemptæ actionis, doue s'intende il nominatiuo agente Iddio,o il Cielo, perciò ſi leggono in terza perſona. Conſtruuntur cum nominatiuo,ſed frequentius cum ablatiuo, ut pluit cinis,uel cinere.

Pluit,ebat,iuit,per piouere. Ningit.ebat, minxit, per neuicare,fioccare. Tonat,abat,tonuit,per tonare.

Fulgurat,abat,per lampeggiare,balenare. Corruſcat idē.

Serenat,bat,per far bon tempo.

Lucet,bat,xit. Luceſcit,bat,xit,per farſi giorno.

Adueſperaſcit,bat, per farſi notte.

Hæc etiam defectiua,quæ habent ſolum Præteritum perfectum,& ſex tempora ab eo deducta cum Accuſatiuo conſtruuntur,ut boni ſemper oderunt improbos.

Odi,ſti,odit,per odire. Noui, ſti,nouit,per conoſcere.

Cœpi,ſti,cœpit,per cominciare.

Memini,ſti,meminit,per ricordarſi. Et dicitur Memini uidere,& uidiſſe. A capio fit cepi ſine diphthongo.

Fulminat,bat,per fulminare,& gittar ſaette. Plin. De cælo tangere. Cic. Grandinat non eſt latinum. Sed grā dines cadere. Rorat,bat, per calcare la rugiada. Gelat, gelabat,per gelare. Plin. Gelo,.gelas,per agghiacciare. & Actiuum eſt. Vernat,uernabat,per eſſer primauera. Vernat ager.i flores. Vernant aues.i.canunt. Leguntur,tñ in primis,

mis,& ſecundis perſonis apud poetas, per proſopopæiam figuram,ut pluam hodie magnos imbres.

Quanto tu ore patris laudes tonas.i.reſonas. utitur Cicero ſæpe uerbo,Effluo,Sępe lapidē,uel ſanguinis, uel lacti imber effluxit.Speſſe uolte ſono piouute pietre, ò ſangue, ò latte.Lapidat,bat,per piouere a modo di pietre.Pioueno ſaſſi,pluunt lapides cũ Nominatiuo. Pluit lapidibus,uel lapides in accuſatiuo.s.Deus,uel cælum. Quædam ēt uſurpātur in tertijs perſonis.Aiunt,dicunt,ferunt,ut dicunt Romæ omnia eſſe miranda.Aiũt indoctos odiſſe poetas. Huc etiam poſſunt referri uoces animalium. ut Equus hinnit. Bos mugit.Afellus rudit.Lupus ululat.Canis latrat.Ouis balat.Leo rugit.Aper frendit.Rana coaxat. Vulpis gānit. Coruus crocitat.Aquila clangit. Anſer obſtrepit. Infans uagit.Aqua murmurat.Aes tinuit.

DE COMMVNIVM VERBORVM SINTAXI.

COMMVNE uerborum eſt illud quod definit in or,& nō uenit a uerbo in o, habet utranque ſignificationem actiuam,& paſſiuam,& actiuè,& paſſiuè cōſtruitur.Tu abbracci la uirtù,Tu amplecteris uirtutem, & uirtus amplectitur a te per paſſiuum.

Amplector,eris,xus,ſum, ꝑ abbracciare,& eſſer abbracciato.
Oſculor,aris,atus ſum,per baciare,& eſſer baciato.
Criminor,aris,atus ſum,per incolpare, & eſſer incolpato.
Hortor,aris,atus ſum,per confortare,& eſſer confortato.
Experior,ris,expertus ſum,per prouare, & eſſere prouato, & fare eſperientia. Periclitor,aris,idem.
Veneror,aris,atus ſum,per honorare, & eſſer honorato.
Largitor,iris,itus ſum,per donare largamente,& eſſer donato.
Percūctor,aris,atus ſum, per domādare,& eſſer domandato.

Item hæc alia.

Interpretor,aris,per eſponere, & eſſere eſpoſto. Impertior, iris.per fare,& eſſer fatta parte.Fabricor,aris, per fabricare,& eſſer fabricato.Paſcor,eris,per paſcere,& eſſer piaſciuto.Amplexor,aris,per abbracciare, & eſſer abbracciato uolentieri.Moror,aris,per aſpettare, & eſſer aſpettato, &

ritardare. Meditor, aris, per penſare, & eſſer penſato. Hoſpitor, aris, per alloggiare, & eſſer alloggiato. Pli. Sed dicimus accipere aliquē hoſpitio, alloggiare. Dehortor, aris, per ſcōfortare, & eſſer ſconfortato, ut Hortor te ad virtutē, & alij dehortantur à ſceleribus. Multa quoq; uerba apud ueteres erant cōmunia, ut Aul. Gellius ſcribit. Sed apud Ciceronē pleraq; omnia ſunt actiuæ ſignificationis: ſi qua legūtur paſſiua habēt ēt Actiuū in o, ut Paſco, & Paſcor. Fabrico, & Fabricor. Amplecto, & Largior ſemper actiua ſunt apud Cic.

DE DEPONENTIVM SINTAXI.

QVid eſt uerbum Deponens? eſt illud quod deſinit in or, & non uenit à uerbo in o: habet ſignificationem, uel actiuā, uel Sequor, uel Neutralē, ut Proficiſcor. Vnde dicitur Deponens a deponendo: quia depoſuit ſignificationem paſſiuam, quam olim habebat.

PRimus Ordo deponentium cum ſeptimo caſu a tergo, Io mi ſeruo de tuoi libri. Ego utor libris tuis. & Materialia dicuntur.

Vtor, eris, ſus, ſum, per uſare, ſeruirſi, & adoperare.

Abutor, eris, ſum, per mal uſare, & diſſipare vſando.

Fungor, eris, functus ſum, per uſare vfficij, & dignità.

Defungor, eris, ctus ſum, per finire uffici, ut defunctus eſt magiſtratu, uita.

Fruor, eris, fructus ſum uel fruitus, per pigliare piacere, & per godere.

Potior, iris, uel eris, itus ſum, per conquiſtare, ottenere coſa deſiderata, & goderla.

